B. N. C.
FIRENZE
1186
14

1186.14

22.

A

1640

1186 B
14

DI

EXPLANATIO Hymnorum pueris apud Pariſienſem Nauarram grammaticæ ſtudẽtibus enarrari ſolitorum.

1186
14

Editio tertia, prioribus in locis aucta.



MED. PALAT. BIBL. CAES.

PARISIIS.
Apud Ioannem Macé, ſub ſcuto Britannico, in clauſo Brunello.
1 5 6 5.
CVM PRIVILEGIO.

BIBLIOTECA NAZIONALE FIRENZE 1872

Studioſæ iuuentuti, Pariſiis apud Regiam Nauarrām operam Grammaticæ nauanti, Petrus Faber Ambianus S. P. D.

COgitanti mihi & in memoriam ſæpius reuocanti (iuuentus ingenua) quantam tuus nuper hypodidaſcalus Iacobus Blancus, vir integrioris vitæ, & diligentiæ haud ſegnioris (cuius nos munus Ioānis Haynnerij quondā Henrici regis cōfeſſarij, nunc verò Epiſcopi Lexouæi vigilantiſsimi benignitate ſubimus) præſtiterit diligentiam in hymnis feſtorum ſolennium interpretandis, & gloſſematis illuſtrandis, viſum eſt, exemplaribus iam deficientibus, rurſus illos cum eiuſdem gloſſematis curaremus typis committere, ne tātus, támque ſyncerus labor ignauia incuriáque noſtra interiiſſe crederetur. Sed cùm horum gloſſemata tanta ingenij ſagacitate ſint elaborata, vt terſiora, & quoad fieri potuit, emēdatiora ſint excuſa fratris Claudij Viexmontij religionis ſanctioris viri, opera, noſtri duximus eſſe officij, efficere vt in priſtino ſuo, illa, nitore cōſeruarētur, & quod tibi cōpendio futurum non minimo, pluribus in locis admoneremus ex quo ſint exhauſta, fonte, vt tandem aliquando tu prouectior in literis ex illo animum tuum expleas. Bene vale. Ex Regia tua Nauarra. 5. Calend. Mart. anno ſeſquimilleſimo ſupra ſexageſimum quintum.

In peruigilio Epiphaniæ.

Hymnus carminis Iambici dimetri, authore Sedulio presbitero Scoto.

Aſcalonita *non dei cultor, ſed perſecutor:*
HOſtis Heródes ímpie,
Meſsiam in lege promiſſum .ſ. in mundum? cur
Chriſtum venîre quid times?
non aufert temporalia. Ideo nõ debueras timere eius aduentũ.
Non éripit mortalia,
Is.
Qui regna dat cœleſtia.
veniebant Chriſtum adoraturi, Tres reges ſapientes in oriente. Mat.2.
Ibant magi, quam víderant
præcedentem, & viæ indicem.
Stellam ſequéntes præ'uiam:
per lumen ſtellæ quæſierunt Chriſtũ: qui eſt lux vera, illuminans omnẽ hominẽ. Ioan.1.
Lumen requírunt lúmine:
.ſ. eum eſſe profeſsi ſunt per munerum oblationem, & præcipuè thuris. Matt.2. Pſal.71.
Deum faténtur múnere.
in Iordane fluuio à Ioanne baptizatus eſt. Mat.3. Vnde ſuæ carnis attactu vis data eſt aquis mundandi ſordes noſtras ſpirituales in baptiſmo.
Lauâcra puri gúrgitis.
Chriſtus à deo patre miſſus vt immolaretur. Ioan.3.
Cœléſtis hagnus áttigit:
noſtra omnium, quæ nec attulit naſcens, nec commiſit viuens, Eſa.53.
Peccâta, quæ non détulit,
transfundendo in nos vim ſui baptiſmi. abſtulit, lauitque in Iordane. Apoc.1. Dilexit nos & lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo.
Nos abluéndo ſúſtulit.
O inauditum & admirandum opus diuinæ virtutis.
Nouum genus poténtiæ,
Aquæ, quæ erat in hydriis, commutatur in vinum rubrum. Ioan.2.
Aquæ rubéſcunt hy'driæ:

Tres hoc noĩe facinore nefãdo celebrátur. Primus Aſcalonita, qui innocentes: ſecũdus Antippas, qui beatũ Ioã. Baptiſtá: terti9 Agrippa, qui D. Iacobũ occidit: & Petrum miſit in carcerem. Act.12.

Magi) Gaſpar, Melchior, Baltaſar, quorum corpora Coloniæ venerátur, illuc Mediolano tranſlata. Chroni. ſuppl.

quam Chri.iam vinum factam iuſsit fundi in crateres.
Vinúmque iuſſa fúndere.
Aqua relicta ſua natúra in alienam mutata eſt.
Mutâuit vnda oríginem.
ſumma laus ſit.ſ. Cui à deo patre data eſt omnis poteſtas. Mat.28.d.
Glória tibi dómine,
in mundo Maria, Mat.1.
Qui natus es de vírgine,
Et deo patri ſit gloria, & ſpiritu ſancto à vobis procedenti,
Cum patre, & ſancto ſpíritu,
nullum finem habitura vſque ad tempora. ita fiat.
In ſempitérna ſécula. Amen.

In purificatione beatæ Mariæ.

Hymnus dicolos tetraſtrophos. Tres primi verſus ſunt Saphici: tertius verò Adonius.

Illud.ſ. cœtus prophetarum vt Eſa.7.& 11.Hierem.31. venerabilis ſeu dignus veneratione
QVod chorus vatum venerándus olim
ſpiritu prophetico, qui datur à ſpiritu ſancto, vaticinatus eſt, ſeu prædixit plenus ſeu actus
Spíritu ſancto cécinit replêtus,
conſummatum in matre filij dei. Mat.1. certum eſt
In dei factum genitrîce conſtat
Eſſe Maria.
Maria, Chriſtum qui deus gloriã ſuã in cœlo manifeſtat, cuius eſt terra & plenitudo eius
Hæc deum cœli, dominúmque terræ
ſ.permanens in vtero accepit edidit in lucem Luc.2. ſ.permanens:
Virgo concæpit, peperítque virgo:
poſt editum filium digna fuit
Atque poſt partum méruit manêre
quia poſt Chriſtum non habuit alium filium.
Inuiolâta.

Decuit enim ſecũdum Adã ex virgine naſci, ſicut prius ex terra adhuc virgine plaſmat⁹ eſt. Ex D. Ireneo lib.3. cap 31. Meruit ma.) Id figuratum eſt Ezech.44. per portam clauſam.

Filium dei *bonus* *inter brachia ſuſcepit. Luc. 2.*
Quem ſenex iuſtus Símeon in vlnas
In templo Hieroſolymitan
In domo ſumpſit dómini, gauîſus
Ideo quòd *deſyderatum cunctis*
Geneſ. 49. Ipſe erit expectatio gentium. Ier. 1. Tibi peccauimus expectatio Iſrael.
Hoc quòd optâtum próprio vidêret
ſuis oculis *Meſſiam promiſſum.*
Lúmine Chriſtum.

Libenter annue precibus noſtris qui te precamur.
Tu libens votis (petimus) precántum.
Chriſti, cuius regni non erit finis: *mater*
Regis æterni génitrix fauêto:
Genitrix dei *reſplendens* *ſublime cœlum empyream, vbi regnas cũ filio tuo.*
Clara quæ celſi rénitens olýmpi
conſcendiſti.
Regna petíſti.

Claráque.) D. Aug. to 9. lib. de aſſumptione Mariæ cenſet eam corpore & animo requie perfrui beata idem aſſerit Nicephorus lib. 2. cap. 22. & 23.

dicatur ineſſe *gloria* *omnipotentia: ſeu deus noſter dicatur omnipotens.*
Sit deo noſtro decus, & potéſtas:
perpetua incolumitas & omnis mali immunitas, *perpetuus:*
Sit ſalus perpes, ſit honor perennis:
regnat & gloriam ſuam manifeſtat *in cœlo, in quo tanquam in arce eſt ſumma ſecuritas*
Qui poli ſumma réſidet in arce
in perſonis *in ſubſtantia.*
Trinus & vnus.

Hic hymnus,ſolùm ad rhythmum carminis iambici dimetri accedit.
Eius author eſt D.Ambroſius.

Dies. Depulſa enim vet. teſt. & figurarum nocte ſplendoré veritatis & ſalutis in ſuo aduentu intulit mũdo.

Hebre.1. ſplendor gloriæ patris & ſol iuſtitiæ.

O deus fili, facte homo — *Io.8. Ego ſum lux mũdi. Idẽ.9. & 12.* — *ad iuſtitiam dirigens oculos mentis ſicut dies exterior oculos corporis.*

CHriſte qui lux es,& dies:

caligines errorum ac vitiorum in mentibus hominum. — *manifeſtas lumine gratiæ tuæ*

Noctis tenebras détegis:

eſſe deus de deo patre ſeu lux intellectualis,emanans à patre:qui eſt lux fontalis à nullo procedens. Symbolum concilij Nicæni.

Lucíſque lumen crederis,

Deum patrem fontem luminis indeficientem, Ioan.17. Pater manifeſtaui nomen tuum hominibus. — *in ſe glorioſum, & in quo beatificandi ſumus.* — *proprio ore annuntians mundo: & deinde per alios, Apoſtolos & eorum poſteros.*

Lumen beâtum prædicans.

qui quicquid facis, ſanctè & bene facis, — *ô Chriſte,cui data eſt omnis poteſtas in cælo & in terra, Matt.28.*

Precâmur ſancte dómine,

ſerua à peccato, morte & damnatione. Sine te enim nihil poſſumus. Io.13. Quare à reſiſtentibus dextera tuæ cuſtodi me vt pupillam oculi: Pſal. 6. — *præſenti*

Defende nos in hac nocte:

In te quieſcamus:nec vllis illecebris interrupto ſomno trahamur ad peccatum,

Sit nobis in te réquies.

Corporibus noſtris,quantùm animis expedit,quietem concede:non ſinens nos dæmonum tentationibus ad peccatum induci ex ſomno.

Quiêtam noctem tríbue.

Vehementior & profundior. Non cadat in nos ſomnus ita immoderatus, vt expergefacti non poſsimus citò & facilè erigere mentem in deum, ab eóque grauamen ſomni, ac phantaſias excutere.

Ne grauis ſomnus irruat.

aduerſarius noſter nunquã dormiens, ſed ſemper quærens quẽ deuoret. 1. Pet. 5.
latenter rapiat nos à grege tuo, & ſubducat ad illicita. Mat. 5. & Luc. 11. Ne nos inducas in tentationem.

Nec hoſtis nos ſurrípiat:

Et ne appetitus ſenſitiuus
tentatori acquieſcens, ſeu inſtigans nos ad eadem, ad quæ ille hoſtis,

Nec caro illi conſentiens,

faciat vt apud te ſiſtamur, tanquam rei & culpæ obnoxij: nempe quòd ratio in nobis omiſerit refrænare illam carnis appetentiam.

Nos tibi reos ſtátuat.

ſ. quantum expedit animæ ad reparandas vires corporis.

Oculi ſomnum cápiant.

Exterioribus ſenſibus impeditis per ſomnum à ſuis actibus, interim ratio in nobis non plenè dormiat, ſeu non ceſſet illuminari à ſuperioribus cauſsis: hoc eſt, actu vel habitu ſeu diſpoſitione propinqua tendere in deum. Vt ſemper cum ſponſa tua Eccleſia dicere poſsimus illud Cant. 5. Ego dormio & cor meum vigilat.

Cor ad te ſemper vígilet:

Tua potentia ſeu gratioſa aſsiſtentia
defendat à ſurreptione hoſtis noſtri & à carnis conſenſione

Déxtera tua prótegat

tuos vtriuſque ſexus
redamant. Sic ſermonem tuum ſeruant, Ioan. 14. ſi quis diligit me, ſermonem meum ſeruabit.

Fámulos, qui te díligunt.

quia alium non habemus qui pugnet pro nobis, & te defendente, non rapiet nos quiſquam de manu tua. Io. 12. d. & faciemus cum tentatione prouentum, vt poſsimus reſiſtere. 1. Cor 11.
ſ. nos oculo tuæ pietatis & piiſsimæ approbationis.

Defénſor noſter áſpice,

dæmones quærentes in dolo ſalutem noſtram impedire, & nos opprimere:
Coerce & refræna. Iob. 41. non eſt poteſtas ſuper terram quæ comparetur ei. Behemoth.

Inſidiántes réprime:

Dirige in viam ſalutis.

Guberna tuos ſámulos.

pro quibus expoſuiſti te ad paßionem: in qua effuſo tuo ſanguine, ſecuta eſt mors tua corporalis, qua redempti ſunt. 1. Pet. 1. Paul. Epheſ. 1.

Quos ſánguine mercâtus es.

Aßiſtens nobis in auxilium, oſtende te iugiter eſſe memorem noſtri. *Cuius eſt terra & plenitudo eius. Pſal. 23.*

Meménto noſtri dómine,

aggrauante animam, velut hoc carcere impeditam, ne libera erigatur ad deũ. Sap. 9. Corpus quod corrumpitur, aggrauat animam.

In graui iſto córpore.

Cui cura eſt de anima noſtra, vt pote ad imaginem & ſimilitudinem tuam creata: ideóque eam à te auerſam, omnibus modis reuocas ad te, nolens eam perire. Mat. 23. Quoties volui congregare, &c.

Qui es defénſor ánimæ.

aßiſte nobis adiutor in omni neceßitate. *cui omnes ſubiicimur. Pſal. 8. Omnia ſubieciſti ſub pedibus eius.*

Adéſto nobis dómine.

detur à nobis, congratulenúrque quod ex ſe ei inſit,

Deo patri ſit glória,

vnigenito

Eiúſque ſoli fílio,

& ſpiritui ſancto *conſolatori in tribulationibus noſtris.*

Cum ſpíritu paracléto,

ſ. tempus. Id eſt, ſemper glorificemus patrem & filium vſque ad & ſpiritum ſanctum.

Et nunc, & in perpetuum.

Pridie

Pridie diei dominici in paßione.

Hymnus carminis Iambici dimetri, Authore Theodulpho Epiſcopo Aurelianenſi: Non deſunt, qui D. Ambroſio aſcribant.

Bellica ſigna, vt ſũt crux, claui, lancea, &c. quibus Chriſtus debellauit hoſtem antiquum — *ab eccleſia repræſentãtur, recolũtúrq; & nobis veneranda proponuntur.*

V Exílla regis pródeunt:

in veneratione eſt apud fideles — *Sacrum ſecretum abſconditum à ſeculis in deo: quo deus decreuerat redimere genus humanum per mortem Chriſti in cruce. Epheſ. 3.*

Fulget crucis myſtérium:

myſterio ex dei ordinatione, & non à caſu, — *in propria carne ſeu corpore mortali* — *totius humani generis* — *creator, Ioã. omnia per ipſum facta ſunt.*

Quo carne carnis cónditor

more latronis affixus eſt, Io. 19. — *cruci ignominioſa. Sap. 2. Morte turpiſſima condemnemus eum.*

Suſpénſus eſt patíbulo.

transfoſſum & penetratum, Zach. 13. Quid ſunt plagæ iſtæ in medio manuum tuarum? — *totum ſuum corpus*

Confíxa clauis víſcera

Hoſtia tendens ſeu extendens — *vtpote ſuas manus* — *& pedes, qui efficiunt impreſſiones, quæ veſtigia nuncupamus.*

Tendens manus væſtígia:

propter humani generis redemptionem, ſeu vt à peccati ſeruitute liberaremur. Nam propter illud duplici pœna temporali & æterna eramus obnoxij. Pet. Lumbardus lib. 3. d. 19.

Redemptiônis grátia

in hoc crucis patibulo — *mactata eſt, & in ſacrificium oblata.* — *Chriſti humanitas tanquam hoſtia ſeu victima*

Hîc immolata eſt hóſtia.

myſterio, ſeu propter quam abditam rationem — *transfixus ſeu transfoſſus eſt,* — *præterea, ſeu præter manus & pedes confixos clauis,*

Quo vulnerâtus ínſuper

Fulget.) Chriſoſt. in 16. Mat. ſi quãdo fronti ſignum crucis impreſſeris nullꝰ ſceleſtorũ demonum, cùm haſtá videat quia lethale vulnus ſuſcepit, cõgredi tecum audebit. Iulianus apoſtata hiſto. tripar. libr. 6. cap. 1. demones quos vates euocauerat, ſigno crucis fugauit. Vide Tertul. lib. de corona militis. Vide Petrum Lũbardum li. 3. diſtin. 10. & Tomam 3. p. queſt. 46. art. 2 Id genus mortis prędixit ſuis diſcipulis eundo Hieroſolyma, Mat. 20. figuratũ Num. 21. per ſerpẽtẽ æneum.

cuſpide Io. 19. *quæ tunc fuit execrabilis, nempe ſæuiens in mortuum.*

Mucrône diræ lánceæ:

& vt ipſe Chriſtus repurgaret nos ab originali peccato & cæteris exinde ſubſecutis. Apoc. 1. B. Qui dilexit nos & lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo.

Vt nos lauâret crímine,

ſ. cum: id eſt, aqua & ſanguis profluxit à vulnere lateris eius. Ioan. 19.

Manâuit vnda ſánguine.

Euenerunt ea. ſ. prophetice canit de Chriſto conſonanter ad alios prophetas.

Implêta ſunt quæ cóncinit

veridico cantico ſeu pſalmo 95.

Dauid fidéli cármine,

prædicendo populis & gentilium generationibus per vniuerſum orbem.

Dicéndo natiónibus,

Nationibus.) Iudæi per cõtemptum Gẽtiles ſolebant appellare nationes. Act. 10 Ergo in nationes gratia diffuſa eſt.

in quantum homo obtinuit regium principatum *merito ſua mortis in cruce, ſeu ſtatim poſt illam.* *Chriſtus deus & homo in vnitate perſona*

Regnâuit à ligno deus.

ô tu crux lignum vitæ, *pulchra & reſplendens ex Chriſti membris tanquam pretioſis margaritis,*

Arbor, decôra & fúlgida,

decorata rubicundo ſanguine Chriſti pro regali purpura,

Ornâta regis púrpura,

præordinata diuinitus *qui ſolus dignus fuit.* *ex trunco arboris*

Elécta digno ſtípite,

ſacroſanctum Chriſti corpus ſuper eo extenſum. vt tangeret

Tam ſancta membra tángere.

ô arbor fœlix ſeu beatitudinis noſtræ inſtrumentum, *à cuius lateralibus extremis inſtar brachiorum ex trabe tranſuerſa*

Beâta cuius bráchiis

corpus Chriſti datum in pretium ſeu redemptionem. *fuit ſuſpenſum* *totius humani generis:*

Prétium pepéndit ſæ'culi:

Arbor illa eſt facta ſuſtentamentum, quo appenſum & quaſi libratum fuit corpus Chriſti: cuius dignitas & ſufficientia in pretium noſtræ redēptionis, patuit in hac ſtatera crucis, ſicuti pondus & valor rerum per ſtateram inueſtigatur.

Statêra facta eſt corporis,

animas inſtar prædæ abſtulit ab inferis ſeu ab infer-
detentas in limbo eripuit nalibus poteſtatibus.

Prædámque tulit tártaris.

Matt. 12. ſimilitudo fortis armati, declarat hoc myſterium.

O tu crux ſeu Ieſu in qua ſola nobis eſt expectatio ſalutis,
fixe in cruce, ſalue ſeu præcipuum ſpei noſtræ obiectum.

O crux aue ſpes v́nica,

In his præcipuè diebus, quibus annua commemoratione celebramus paſſionem Chriſti.

Quatenus crux ſit adoráda, vide Tomam 3. part. queſt. 25.

Hoc paſsiônis témpore:

Multiplica iuſtis &
& perfice bonis virtutem omnifariam

Auge piis iuſtitiam,

obligatis pro peccato ignoſce Sicque ſalua omnes, nempe iuſtos & peccatores.

Reíſque dona véniam.

ô deus ſumme, qui es trinus & vnus,

Te ſumma deus trínitas,

ſimul cum aliis te
extollat laudibus, omne intellectuale ſeu rationale, ſpirans, ſentiens, & viuens.

Collâudet omnis ſpíritus:

eoſ. ſ. homines per myſticam ſecretámque crucis & paſſionis Chriſti
virtutem & gratiam

Quos per crucis myſtérium

ſeruas & redimis guberna & dirige
de morte æterna, ad vitam beatam ſemper, ſeu per omnia tempora.

Saluas, rege per ſæ'cula.

In annuntiatione beatæ Mariæ.

Hic hymnus ſolùm accedit ad rhythmum carminis Trochaici trimetri. Tantùm enim ſyllabarum numero cum carmine Trochaico conuenit.

ſalue & gaude *cuius radio: qui eſt Chriſtus: dirigimur in mari huius mundi,*
AVe maris ſtella,
Quæ non modò deum filium peperiſti, ſed etiam tuo lacte eum aluiſti,
Dei mater alma,
perpetua, cuius rei figura eſt porta in templo Salomonis orientem verſus ſemper clauſa. Ezech. 44.
Atque ſemper virgo,
Per quam habemus Chriſtum, qui nobis cœlum reſerauit, ſeu factus eſt oſtium ad vitam.
Fœlix cœli porta.
à nobis ſuſcipiens *.ſ. Aue Maria, ſeu (quod idem eſt) Aue maris ſtella,*
Sumens illud aue
quo te Gabriel ſalutauit. Luc. 1.
Gabriêlis ore
firmiter colloca & conſerua *.ſ. pectoris ſeu tranquillitate mentis in deo: & in pace temporis, quæ eſt quies ab impugnatione hoſtium.*
Funda nos in pace,
quatenus per te Aeuæ maledictio in tua hac ſalutatione nobis mutatur in ſalutem ſeu benedictionem.
Mutans nomen AEuæ.
diſſolue & aufer tuis ad deũ precibus *obligationes peccatorum vt tibi liberè ſeruiamus. Pſal. 115. Dirupiſti vincula mea, &c.* *nobis peccatoribus, quos conſcientia accuſat.*
Solue vincla reis:

Dei mater.) Damaſc. lib. 3. orth. fidei. cap. 12. Deiparam, dei genitricem, deíque parentẽ & propriè & verè ſā-ctā virginẽ celebramꝰ. quòd autem ibidem negat nos illā Chriſtiparā dicere, ob id hoc facit quia Neſtorius nomen Chriſtotocos íuenerat ad reiiciendũ nomẽ theotocos. Hæc angelica ſalutatio referẽtis intẽtione fiet oratio, vtpote cùm tum ſit quędā mentis eleuatio in Deum.

Impetra illuminationem diuinæ gratia vt ſic agnoſcamus peccata & defleamus vitemúſque *nobis quos propria malitia excæcauit: Sap. 2. Excæcauit enim illos malitia eorum.*

Profer lumen cæcis.

Non ſolùm exora vt peccata nobis remittantur, ſed etiam vt à pœnis, quas meruimus, eripiamur: vt Deus non ſecundum iniquitates noſtras retribuat nobis. Pſal. 102.

Mala noſtra pelle:

Precare nobis à deo quidquid animæ & corporis ſaluti eſt opus.

Bona cuncta poſce.

Oſtende re ipſa, apud Chriſtum, cuius es naturalis mater, te aliquid poſſe pro nobis filiis tuis adoptitiis:

Monſtra te eſſe matrem:

oretur per te, ſeu tuas pro nobis preces audiat,

Sumat per te preces,

is qui propter noſtri redemptionem. ex te naſci

Qui pro nobis natus

dignatus eſt, ſuſtiuuit, imò optauit

Tulit eſſe tuus.

Cacodemon quē vicerit, excęcat, vt non agnoſcat in quo verſetur ille periculo & vnde auxiliū petat. Eundē ſurdum & mutum reddit Mat. 12. & Luc. 11.

Quæ nec primam ſimilem viſa es, nec habere ſequentem.

Virgo ſingulâris,

omnium mitiſſima ſeu humilima:

Inter omnes mitis:

poſtquàm à peccatis liberati fuerimus tuis precibus.

Nos culpis ſolútos,

fac vt nos quoque manſueti ſimus & caſti,

Mites fac & caſtos.

conuerſationem *da, ſeu apud deum nobis exora* *immunem à ſordibus peccatorum: vt conuerſatio noſtra ſit in cœlis, ea que ſurſum ſunt, quærendo.*

Vitam preſta puram:

Contra inſidias dæmonum, diſpone nobis ſecurum acceſſum ad patriam cœleſtem:

Iter para tutum:

vt nos beati ex beatifica viſione deitatis & humanitatis Ieſu ſeruatoris noſtri,

Vt vidéntes Ieſum,

in ipſo æternùm gaudeamus tecum. 1. Pet. In Chriſtum nunc non videntes creditis: videntes autem exultabitis lætitia inenarrabili & glorificata.

Semper collætêmur.

detur in cœlo & in terra, ſeu gratulor quod datur,

Sit laus deo patri,

æqualis patri ſecundum diuinitatem, *decens veneratio ſeu cultus latria ſit. ſ.*

Summo Chriſto decus,

& .ſ. ſit laus & decus ſicut patri & filio:

Spirítui ſancto:

ſit vna eadémque ſeu indiuiſa gloria, cultus & veneratio: .ſ. illis perſonis. ſicut vnicus eſt deus & vnicus creator.

Tribus, honor vnus.

In tranſlatione ſancti Nicolai.

Hymnus hic rithmum ſolum gerit carminis Trochaici conſtantis ex Alcmanio & Euripidio, vicibus alternis recurrentibus.

De D. Nicolái cognométo verè magni encomiis & vita lege Simeonem Metaphraſten.

Decanta ô lingua mea *Epiſcopi Myrenſis:* *laudem*

Pange lingua Nicolái præ'ſulis præconium:

ſupremus dominus deus noſter *rector* *creator* *.ſ. rerum,*

Vt nos ſummus adonái, rex & pater ómnium,

Vbicunq; ſcriptũ eſt nomen domini tetragrãmatõ quod ineffabile dicitur, Hebræ⁹ habet Adonai, Latinus verò Domin⁹. Rupert. in 6. Exod.

ad cœlum empyreum, vbi eſt ſecuritas & ſalus *ex hoc mundo procelloſo faciat nos abduci* *per Chriſtum, qui promiſit ſe tractu rum omnia.*

Ad ſalûtis portum trahi fáciat per filium:

dum Nicolaus matris mammam adhuc ſugeret, *adhuc infans, ſeu nondum potens faris!*

Dum pendêret ad mamillam matris, ab infántia:

feria.i.die Mercurij *vna tantùm vice* *ſuxit mamillam matris* *& die veneris*

Quarta ſemel bibit illam, atque ſexta féria:

ipſe infans ſi vel lactis guttulam pluſquam ſemel in die *vt non guſtaſſet.* *violaret, ſed ſeruaret* *illam dierum abſtinentiam ab eccleſia indictam adultis.*

Ne perlactis puer ſtillam ſólueret ieiúnia.

exaltatus *ad dignitatem epiſcopalem ciuitatis Myrrha in Caria regione*

Sublimâtus ad honôrem Nicolâus præſulis,

ſic in omnes pius ſeu miſericors fuit: & gratias ſibi à Deo datas huc & illuc inſtar pluuia effudit.

Pietâtis tantæ rorem cunctis pluit pópulis,

difficulter *æqualem* *ſanctiorem* *temporibus ſuis.*

Vt vix parem, aut maiôrem habêret in ſæ'culis.

.ſ.pro earum doté: *obſtitit ne tres virgines ſtuprarentur*

Auro dato violári vírgines prohíbuit:

frumentum ſumptum à mercatoribus Alexandrinis *tempore famis* *craterem qui cum puero in mare ceciderat* *.ſ.populo*

Far in fame, vas in mari ſeruat, & diſtríbuit:

naufragium facere, ſeu cum ſuis rebus perire. *opitulatus eſt*

Timéntibus naufragári nautis, opem tríbuit.

ex mortuorum conſortio: *ad vitam reuocatur* *Chriſtianus qui alienum reddere noluerat*

A defúnctis ſuſcitâtur, furtum qui commíſerat:

qui Chriſtiano aurum crediderat *baptiſmo abluitur,* *Chriſtiano creditum:*

Et Iudæûs baptizâtur, aurúmque recúperat:

Chriſtiano mortuo anima redditur, *Iudaus Chriſtianam fidem quamprimum profitetur.*

Illi vita reſtaurâtur, hic ad fidem própera t.

qui ordini ſacerdotali fuiſti honori *qui ſacerdotibus fuiſti exemplar virtutis.* *in quo ſacerdotes poſſunt gloriari:*

Nicolâe ſacerdôtum honor, virtus, glória:

omnes plebeios *eorum omnium*
ſeu laicos, *omnes clericos,* *corda,* *eorum opera,*
Plebem omnem, clerum totum, mentes, manus.
eorum linguas,
lábia,
vt Deo preſtent quod ei in baptiſmo ſanctè pro- *tuum auxilium*
miſerunt. *gratuitum*
Ad reddéndum deo votum, tua iuuet grátia.
Omnipotentem Deum laudemus, *gaudeamus de omnipotentia Dei, & quòd*
qui in perſonis eſt trinus, *nihil poteſt ei reſiſtere:*
Sit laus ſummæ trinitáti, virtus, & victória:
beatitudinem, ſicut beatus Nicolaus aſſecu-
trinitas *tus eſt.*
Quæ det nobis, vt beáti Nicolái gáudia
in cælo empyreo, quæ no-
nos inſigniti coro- *præſen-* *bis patria eſt, vbi perpe-*
obtineamus *na victrici* *tem* *tuò manere ſperamus.*
Aſſequâmur, laureáti poſt vitam in pátria.

In Aſcenſione Domini.

Preſens hymnus carmine ſcribitur Iambico dimetro, minimè tamen eius menſuris ad amuſsim ſeruatis.

qui es ſuper omnes, omnibus præ-
O Chriſte, cuius regni non *ſidens, ſeu in altiſsimo cælo glo-*
erit finis, Luc. 1. *riam tuam manifeſtans,*
AEtérne rex, altíſsime,
liberator vt *piorum Chriſtianorum:*
cauſa merito- *qui ſecundum fidem, quæ*
ria quatenus *ad ſalutē neceſſaria ope-*
homo. *rantur, Iacob. 2.*
Redemptor & fidélium:
Magiſt. lib. 3. diſt. 20.
moritur ſeu tollitur, Oſeæ. 13.
per cuius *culpa &* *deſtructa &* *Ero mors tua ô mors: morſus*
mortem *gehenna* *irrita* *tuus ero inferne.*
Quo mors ſolûta déperit,

Triumphus gratiæ nobis confertur, ſeu datur nobis gratia, qua victis hoſtibus triumphaturi ſumus in paradiſo.

Datur triúmphus grátiæ.

aſcendenti ad dextram patris, ad quam ſedet iudex viuorum & mortuorum. Marc. 16. Luc. 24. Act. 1.

Scandénti tribûnal dextræ

omnis poteſtas in cælo & in terra. Mat. 28. Idem. 11. Omnia mihi tradita ſunt à patre meo.

Patris, potéſtas ómnium

data *à cælo & à deo patre,*

Collâta eſt Ieſu, cœ'litus,

Quam vniuerſorum authoritatem non ab hominibus, ſed à ſolo deo accepit.

Quæ non erat humánitus.

triplex fabrica

Vt trina rerum máchina,

rerum quæ in cælis ſunt, rerum quæ in terra, Philip. 2. Apoc. 5.

Cœléſtium, terréſtrium,

rerum quæ apud inferos ab eo creata

Et infernôrum cóndita,

eum adoret *poſtquã ſedet ad dextram patris* *eſubiecta, nec potens eius euadere manum. Epheſ. 2. d. Pſal. 8.*

Flectat genu iam ſúbdita.

mirantur & cum tremore reuerentur *.ſ. hominem ſedentem ad dextram patris, victis hoſtibus ſatana, morte & peccato, Eſa. 63. Quis eſt iſte qui venit de Edom tinctis veſtibus de Boſra?*

Tremunt videntes angeli.

mutata hominum conditione: quibus dictum fuerât, Puluis es, & in puluerem reuerteris. Geneſ. 3. c. Humana conditio longè erat inferior angelica, nunc verò ſupra illam eleuata. Pſal. 8.

Verſa vice mortalium:

culpam induxit, Rom. 5. *homo Adam* *culpam illam abluit ſuo ſanguine: Apoc. 1. c.* *homo Chriſtus*

Culpat caro, pürgat caro:

Chriſtus creatis dominatur *inquantum deus* *& inquantum homo, ſcilicet ſecundum humanitatem à deitate aſſumptam.*

Regnat deus, dei caro.

fac vt te ſolo oblectemur, vt abundemus in virtute & gratia.
Tu eſto noſtrum gáudium,
Qui eris in paradiſo *merces noſtra.*
Qui es futûrus præ'mium:
fac vt in te ſolo, non autem in nobis gloriemur
Sit noſtra in te glória
in hac & in futura vita.
Per cuncta ſemper ſæ'cula.

In tranſlatione ſancti Ludouici,

Hic hymnus accedit ad rhythmum carminis Iambici dimetri, cuius menſuras non habet debitas.

Quem ſci.) D. Ludouic[9] 1270 moritur anno: regni verò ſui, 44. inter indigetes à Pont. Max. Bonifacio 8. refertur 1297. Natus annos 12 Gallici regni prouinciam ſuſcepit. Gaggui.

Enitamur *laudibus efferre, Pſal. 150. laudate dominum in ſanctis eius*
STudeâmus attóllere
regem *pro*
Ludouîcum ex víribus:
eccleſia ipſum inter diuos referente *beneficio diuino. Omne enim datũ optimũ & donum perfectum de ſurſum eſt, Iacob. 1.*
Quem ſcimus, dei múnere
.ſ. eſſe, i. meruiſſe *laudes ex animi ſtudio profectas.*
Dignum deuótis láudibus.
ab ineunte ſeu incipiente ætate
Ab ætâtis primórdiis
curauit Ludouicum imbuendum,
Blanca regina *inſtituendum & erudiendum*
Fecit hũc mater ímbui
bonis *liberalibus artibus,*
Móribus & ſciéntiis,
fecit hunc dare operam *vt audiendo & legendo in dies magis proficeret.*
Et ſtudêre profèctui.
vt à terra ſancta Turcas propelleret,
Bis pro fide Chriſtiana

mare traiecit *Ludouicum* *crudeliter*
Transfretâuit: quem gráuiter
captiuum in priore *abduxerunt* *Turcæ impij*
expeditione
Captum duxit gens profâna:
Quam rem Ludouicus perpeſſus eſt *patienter.*
Quod pértulit humíliter.
Chriſtianam religionem *in veneratione & honore:*
Fidem in reueréntia
quandiu vixit *eloborauit*
Semper habêre ſtúduit:
contra fidem, *turpiloquia, blaſphemias*
Nec in hanc indecéntia
à ſuis pronuntiari *& non permiſit.*
Verba proférri vóluit.
te precamur *ô creator* *rerum*
Quæ'ſumus author ómnium,
in tanto & tam iucundo feſto
In tanti feſti gáudio,
ſit nobis auxilio.
Sit nobis in ſubſídium
capitis diui Ludouici *commemoratio tranſlationis*
Ludouíci tranſlátio.

Priorem expeditioné ſuſcepit ſub Innocentio 4. circiter annū 1249. Alteram verò ſub Clemēte etiam 4. anno 1264. In cavétris profluuio interiit.

Coram hominibus nō erubuit Chriſtum confiteri, vnde modò coram deo patre Chriſtus eum confitetur Mat. 10.

Verba.) Vna die cū Palatio egrederetur, audiēs quendā Dei nomen blaſphemare, blaſphemo labra candenti ferro iuſsit inurere. Gagguinus.

In peruigilio Pentecoſtes.

Carmen Iambicum dimetrum, vbique huius carminis lege accuratè ſeruata.

pia & ſolida *ſ illius diei*
BEâta nobis gáudia
en iterum adduxit *reuolutio*
Anni redûxit órbita:

Quo die ſpiritus ſanctus; mæſtorum conſolator
Cùm ſpíritus paraclêtus
tanquam ignis
reſplenduit ſupra apoſtolos. Act. 2. ſecundum quòd Chriſtus illis promiſerat, Ioan. 14.
Effúlſit in diſcípulos.
lucem vndequaque diffundens
Ignis vibrânte lúmine
diſpertitarum linguarum formam habuit; Act. 2.
Linguæ figûram détulit:
vt promptam & expeditam eloquentiam haberent: Luc. 21. Ego dabo vobis os & ſap. &c.
Verbis vt eſſent próflui,
& vt diuino amore flagrarent. Hoc Petrus Act. 5. reſpondet principi ſacerdotum, Oportet deo magis obedire, quàm hominibus.
Et charitâte féruidi.
Apoſtoli ſ. ſ. populorum: Act. 2.
Linguis loquúntur ómnium:
Mirantur ſinguli Gentilium ſe linguam ſuam audire: ſecundum quòd Iohel. 2. prophetatum eſt.
Tubæ pauent Gentílium:
vino nouo, quod ebrietatem facilius inducit, obrutos eſſe ac ebrios exiſtimant eos
Muſto madêre députant,
ſ. cœleſtibus gratiis.
Quos ſpíritus repléuerat.
effectà quæ in ſpiritus ſancti deſcenſu contigerunt ad aliquid ſpiritualiter ſignificandum
Patrâta ſunt hæc my'ſticè:
Paſcha iam tranſacto quinquaginta diebus. Qui quidem numerus quinquagenarius ob annum iubileum quinquageſimo quoque anno recurrentem, Deo conſecratus erat. Leuit. 25.
Paſchæ perácto témpore,
puta quinquagenario.
Sacro diêrum número:

numero quinquagenario annorum *ſecundum legem* *debita omnia remittuntur. Leuit. 25.*
Quo lege fit remíſsio.
ô *miſericordiſsime,*
Te nunc deus piíſsime,
prona & inclinata facie, ſeu terram cernente:
Vultu precâmur cérnuo:
Apoſtolis infuſa in die pentecoſtes *à te de cœlo.*
Illâpſa nobis cœ'litus
infunde nobis *ſeptem illa dona ſpiritus ſancti Eſa. 11.*
Largîre dona ſpiritus.
Olim *Apoſtolorum corda tibi conſecrata:*
Dudum ſacrâta péctora
Tua repléſti grátia:
Condona *culpas noſtras,*
Dimítte nunc peccámina,
da pacem in diebus noſtris.
Et da quiêta témpora.
Laudemus patrem & filium, Cant. trium puerorum. Daniel. 3.
Sit laus patri, cum filio,
eadem opera laudemus ſpiritum ſanctum conſolatorem mœſtorum:
Sancto ſimul paracléto:
cordibus noſtris infundat, *deus filius*
Nobíſque mittat filius,
Ipſummet ſpiritum eſſentialiter ſanctum, qui eſt donum Dei altiſsimi: & ſimul gratiam eius & charitatem, cum ſeptem donis ipſius.
Charíſma ſancti ſpíritus,

Alter hymnus de ſpiritu ſancto,

Carmine Iambico dimetro.

Illabere per gratiam, .ſ. cœli & terra, ſicut pater & filius O tertia trinitatis perſona à patre & filio ſpirata ſeu procedens

VEni creâtor ſpíritus,

illapſus inſpira, excita & inhabita, expulſáque vitiorum nube tăquam nouas crea. Pſal. 103. emitte ſpiritum tuum & creabuntur.

ſuperiores vires animæ: memoriă, intellectŭ & voluntatem ſeruorum qui te colunt:

Mentes tuôrum víſita:

Abundanter cumula ſeptem dona infundendo, augendo & conſeruando

gratia gratum faciente: quæ eſt donum ſupernaturaliter infuſum, euehens rationalem creaturam in eſſe ſupernaturale & deiforme.

Imple ſuperna gratia,

quas ad imaginem & ſimilitudinem tuam ex nihilo feciſti. Geneſ. 1. Pſal. 32. Qui finxit ſigillatim corda eorum.

animas noſtras,

Quæ tu creáſti péctora.

Tu qui ô ſancte ſpiritus conſolator & aduocatus, appellaris Græco ſermone

Paracletus dicitur conſolator, quoniam benignitas quę ſpiritui ſancto tribuitur, præcipuum ſuum habet effectum in cõſolando.

Qui paraclêtus díceris,

beneficium gratuitum patris & filij, qui ſunt vnus Deus ſummus, & vnus ſpirator. Iohel. 2. Effundam de ſpiritu meo, &c. Luc. 12. Pater cœleſtis dabit ſpiritum bonum petentibus ſe.

Donum dei altiſsimi,

Fontalis & prima origo vitæ, naturæ, gratiæ & gloriæ, Ioan. 4. & 7. .ſ. ſpiritualis animos inflămăs charitate, Luc. 12. mutuus amor patris & filij, lib. ſent. 1. diſt. 11.

Fons viuus, ignis, cháritas,

perfundens ſeu peraſgens oleo gratiæ ſeu lætitiæ
& ſuauitatis, ſpiritus ſeu animas. Pſal. 44.
vnxit te deus tuus oleo lætitiæ præ part. tuis.

Et ſpiritâlis v'nctio.

es. ſ. id eſt, Septem dona largiris, quæ ſunt Timor filialis, Pietas,
Scientia, Fortitudo, Conſilium, Intellectus & Sapientia. Eſa.
11. Vide Tom. 2. part. q 68.

Tu ſeptifórmis múnere,

es. ſ. id eſt, A patre per filium procedis, ſicut digitus à corpore per
dextram emanat: ſeu doces & indicas nobis occulta, ſicut digito
ea demonſtramus. Luc. 11. reſpondet iudæis calumniantibus de-
monij eiectionem. Exod. 31. Deditque dominus Moſi duas
tab. &c.

Dextræ dei tu dígitus:

is quem Chriſtus promiſit
ſeruato recto mittendum à patre, Ioan.
es ordine 14. Act. 1.

Tu rite promíſſum patris,

ora apoſtolorum, per quæ tanquam per
variis linguarum implens & lo- tua organa loquebaris. Luc. 21. Ego
generibus. cupletans dabo vobis os, &c. Act. 2.

Sermône ditans gúttura.

ſenſus noſtros interiores, vt pote memoriam & intellectum
lumine tuæ ſapientiæ & cognitionis illuſtra:

Accénde lumen ſénſibus:

voluntatibus no-
ſtris: ſic Mar. 12.
Diliges domi-
. ſ. ſpiritualem erga num Deum tuũ
Inſpira te & proximos ex toto corde tuo

Infúnde amôrem córdibus:

infirmitates ſeu fragi-
litatem & debilitatem noſtræ carnis.

Infirma noſtri córporis.

fortitudine
ſitu à nobis
fueris, quis
contra noſ? continua & perpetua: ita vt ex illis nunquam
Rom. 8. corroborans prolabamur in peccatum

Virtûte firmans pérpeti,

diabolum ſaluti animarum aduerſantem 1. Pet. 5. reiice — *valde longè à nobis, ne ei locum demus per conſenſum.*

Hoſtem repéllas lóngius:

animi quietem in te deo, & gaudium ſpirituale ſicut Apoſtolis dediſti, Io. 14. Ro. 16. Deus autem pacis conterat Satanam, nobis &c. — *ſtatim hoſte repulſo qui nos perturbat.*

Pacémque dones protinus

te duce & directore, ita — *quaſi agendorum vitandorúmque indice. Pſal. 118. Greſſus meos dirige &c.*

Ductôre ſic te præ'uio,

vitare poßimus — *quidquid noſtræ ſaluti nocere poteſt, vt eſt omne peccatum.*

Vitêmus omne nóxium.

ex tua illuminatione, — *vt cognoſcamus & credamus* — *.ſ. dono tuo ſupernaturali* — *deum patrem ſecundum diſtinctionem perſonalem.*

Quanquā deus lumine naturali per ea quæ facta ſunt, Ro. 1. cognoſcatur, non tamen trinus cognoſci poteſt [illegible] Mat. 11. [illegible] nouit patrem &c.

Per te ſciâmus (da) patrem,

vt per te intelligamus — *Et da* — *.ſ. dei patris, ab ipſo æternaliter genitum, & in tempore natum ex Maria virgine, paſſum, &c.*

[illegible]mus atque filium:

[illegible] & filio ſpirari ſeu procedere, vtrique coæternum, coæqualem & conſubſtantialem, proinde nunc ſpiritus patris diceris, Math. 10. nunc ſpiritus filij. Galat. 4.

Te vtriúſque ſpíritum

& da vt certa fide colamus — *per totam vitam noſtram, qua peregrinamur nondum per ſpeciem cognoſcentes*

Credamus omni témpore

Daniel. 3. Benedicamus patrem & filium cum ſancto ſpiritu.

Sit laus patri cum filio, &c.

Hymnus carmine Trochaico, conſtante Alemanio & Euripidio alternatis. Author eius Tomas Aquilias, Summo Pont. Bonifacio quarto iubente.

quod glorioſa deitati eſt vnitum,
Cane & decanta *O lingua mea*

PAnge lingua glorióſi

ſacrum ſecretum ſeu ſacramentū. 1.Cor.11.
ſ. Chriſti

córporis myſtérium,

De Chriſti incarnatione cōſule Mag. lib. 3. diſt. 1. Durand. Ibidem. Tom. 3. p. q. 1. act. 1. Mat. 26.

pro humani generis redemptione. Eſa. Cap. 53. & Pauli. 1. Cor. 6. & 1. Pet. 1.
cuius minima gutta ſanguinem ſuffeciſſet redemptioni:
pange. ſ. myſterium

Sanguiníſque pretióſi : quem in mundi pretiū.

emiſit. Mat. 26. hic eſt ſanguis meus qui pro multis effundetur in remiſſionē peccatorum.
proles ſeu filius *Maria quæ Dauide rege deſcendit* *Chriſtus rex [illegible] ſia, cuius bona pa[illegible] eſt ex gentibus,*

Fructus ventris generóſi rex effudit gentium.

ſecundum humanitatem ſeu homo factus, Epheſ. 2. propter nimiam ſuam charitatē qua dilexit nos pater filium ſuum miſit.
ad noſtram ſalutem, *à Deo patre ſecundum diuinitatem* *viro incognita: Maria*

Nobis datus, nobis natus ex intacta virgine:

inter homines commoratus Baruch. 3. poſt hac in terris viſus eſt & cum hominibus conuerſatus *ab eo diſſeminata, prædicatione legis euāgelicæ*

Et in mundo cōuerſatus ſparſo verbi ſémine,

Semē verbum dei. Parabola ſeminātis M[illegible] 13. Mar. 4. habetur. Luc. 4. Et in aliis ciuitatibus oportet me euangeliſare.

terminauit Ioa.17. Opus conſummaui quod dediſti mihi vt facerem.

tempus, ſuæ in mundo habitationis & vitæ mortalis. — quia vetus phaſe terminans, inſtituit nouum — ordinatione & diſpoſitione

Sui moras incolátus miro clauſit ordine.

cum apoſtolis, quos vocabat fratres, Mat. 28. Ite, dicite fratribus meis vt eãt in Hieruſalem.

in vltima cœna, quæ incœpta veſperi, protenſa eſt in noctem, Io.13. 1.Cor.11. — menſæ accumbens

In ſupremæ nocte cœnæ recúmbẽs cum frátribus,

veteri Moſaica ad quam venerat implẽdam. Mat. 5.c. — in lege præſcriptis, nempe agno paſcali, panibus azymis, & lactucis aggreſtibus, Exod.12.

ſeruata — perfectè.

Obſeruâta lege plenè cibis in legalibus,

in cibum mentis — multitudini duodenariæ, ſeu duodecim apoſtolis — ipſemet proprio miniſterio.

Cibum turbæ duodénæ ſe dat ſuis mánibus

in ſuam carnem tranſſubſtantiat. Aug. Io. 9. tractatu. 80. Accedit verbum ad elementum & fit ſacramentum. 4. ſenten. diſt.3.

filius Dei factus homo — id quod eſt hominum verus panis triticeus — verborum prolatione:

Verbum caro, panem verum verbo carnem éfficit:

tranſſubſtantiatur — in ſanguinem Chriſti — vinum — ſ. exterior & interior — hoc myſterium non poteſt comprehendere.

Fitq; ſánguis Chriſti, merũ: etſi ſenſus déficit,

corroborandum — purum & integrum, ſine intellectum hæreſeos admixtione — firma perſuaſio ſatis eſt.

Ad firmándum cor ſyncæ̂rum ſola fides ſúfficit.

ſub quo Chriſti corpus & ſanguis continentur: — adoremus — ſummiſſo animo ſeu cum humilitate

Tantum ergo ſacraméntum venerêmur cérnui:

Vide Biel in Cãt. lect. 37. dubio. 3. Hier. ad Hebidiã. q. 2. Nec Moſes dedit vobis panem verũ, ſed domi[illegible] cum apoſtolis conuiua & cõuiuium eſt comedens & qui comeditur. Tranſubſtantiationis panis & vini in Chriſti corpus figura eſt Manna, quód deſeruiens vniuſcuiuſque volũtati ad quod quiſque volebat, cõuertebatur, Sap.16.c.

recedat & locum det

Lex illa vetus immolandi bagni paſchalis aliarúmque hoſtiarũ offerendarum, Exod. 12. *Daniel. 9. In medio hebdomada, deficiet ſacrificium & hoſtia* *noua inſtitutioni huius vera hoſtia, cuius figura erat bagnus:*

Et antîquũ documéntũ nouo cedat rítui:

firma perſuaſio de veritate ſacramenti *ſuppleat & adiuuet* *noſtrorum ſenſuum imbecillitatem & tanti myſterij incapacitatem.*

Præſtet fides ſuppleméntum ſénſuum deféctui.

Preſtet) Eſaiæ 7. ſi non credideritis, non permanebitis. vbi 70. interpretes legunt, non intelligetis. Sic frequenter citat D. Aug.

Gaudeamus & gratulemur, quòd electi Deum patrem & filium eius laudant, eíſque iubilant ſeu concinunt canticum latitia.

Genitóri genitóque laus & iubilátio,

quódque eos incolumes & omnis mali expertes prædicant, & honorant, eorúmque omnipotentiam collaudant. Denique quòd omnia bona de eis concinunt.

Salus, honor, virtus quoque, ſit & benedíctio:

Æqualiter cum patre & filio laudemus ſpiritum ſanctum, qui à patre filióque procedit.

Procedénti ab vtrôque compar ſit laudátio.

De ſancto Ioanne Baptiſta.

Hymnus carminis Saphici & Adonij. Author eius Paulus Longobardus hiſtoriç Longobardorum ſcriptor. Hic ob offenſam, quam verborum exceſſu commiſerat, impedita lingua, hymno præſenti edito promptam vocem recuperat. Dioniſius Carthuſ.

meritoriè valeant *ſolutis, ſic vt vocem non impediant,*

VT queant laxis

decantare *linguarum ſuarum retinaculis*

reſonâre fibris

admiranda opera que geſſiſti *Chriſtiani qui te venerantur*

Mira geſtôrum fámuli tuôrum,

remitte tanquam patrocinator apud Deum — *contaminati malè loquendo.* — *oris* — *peccatum ſeu offenſam*

Solue pollúti lábii reâtum

Deo indiſſolubiliter adhærens

Sancte Ioánnes.

Gabriel Dei angelus Luc.1. — *deſcendens* — *à ſummo cælo empyreo,*

Núntius celſo véniens olýmpo,

promittit zachariæ — *quòd tu, qui eras venturus in mundum, fores magnus coram deo, nempe ex vtero matris ſanctificandus.*

Te patri magnum fore naſcitûrum:

Et promittit quòd vocareris Ioannes — *ordinem conuerſationis tuæ in hac vita mortali.*

Nomen, & vitæ ſêriem gerendæ

per ordinem — *manifeſtè denuntiat*

Órdine promit.

Pater non credens iis quæ ab angelo de te promittebantur,

Zachariæ, incredulitas ſermonem aufert, fides eundé reſtituit.

Ille promíſſi dúbius ſupérni,

articulatam prolationem, quam prius habebat promptam & expeditam

Perdidit promptæ módulos loquélæ:

patri tuo reparaſti — *dum natus, die octauo circunciderreris* — *illi ablata.*

Sed reformáſti génitus perémptæ

inſtrumenta — *loquelæ*

Órgana vocis.

clauſo, — *adhuc agens in ventre Eliſabeth quaſi in lecto quodam Luc.1.*

Ventris obſtrúſo póſitus cubíli,

deprehenderas — *Chriſtum Meſſiam* — *in ventre virginali, quaſi in cubili nuptiali:* — *habitantem*

Sénſeras regem thálamo manéntem:

ex eo quòd Chriſtum ſenſiſti, — *pater tuus & mater* — *quem prophetiæ ſpiritum propter tuam (qui filius eorum es) ſanctitatem iis apud Deum meruiſti.*

Hinc parens nati méritis vtérque

Chriſti incarnationem, quæ alios adhuc latebat — *prophetico ſpiritu manifeſtat*

Ábdita pandit.

Latibula eremi circiter annos pueriles, ſeu adhuc puer:
Antra deſérti téneris ſub annis,
populo turbas fugere volens adiiſti
Cíuium turmas fúgiens petíſti:
otioſo & nullius fructus. etiam polluere animam tuam
Ne leui ſaltem maculâre vitam
verbo
Fámine poſſes.

hirſutum & villoſum operimentum pili camelorum Mat.3. & Marc.1.
Præ'buit hirtum tégimen camêlus
membris tuis quæ erant organa & inſtrumenta ſpiritus ſancti, zonam pelliceam oues prebuerunt. ſ.
A'rtubus ſacris, ſtróphium bidéntes,
ſ. tibi aqua prebuit potum prebuerunt ſ. cibum
Cui latex, hauſtum ſociâta paſtum
Mel ſylueſtre & locuſtæ. Mat.3.
Mella locúſtis. locuſtę, vt ſcribitur Leuit.11. animalia ſunt mũda. His autem veſcebatur D. Ioannes, vt ſcrib[illegible] Hierony. in Ionã prophetam.

Alij prophetæ ſolummodo predixerunt
Cæ'teri tantùm cecinêre vatum
mente futurorum præſcia: ſolem iuſtitiæ venturum in carnem
Corde præſágo iubar affutûrum:
tu certè omnium hominum peccata Chriſtum qui tollit
Tu quidem mundi ſcelus auferéntem
ſecundo tuo illo digito. præſentem oſtendis. Ioan.1. Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi.
I'ndice prodis.

Nemo vnquam fuit tam longi & lati: in tam magno ambitu mundi
Non fuit vaſti ſpátium per orbis
maior & melior Mat.11. non ſurrexit inter natos mulierum maior Ioanne Baptiſta. ex virili ſemine generatus quàm fuit Ioannes
Sánctior quiſquam génitus Ioánne:

peccata mundi *dignus eſt habitus* *Chriſtum qui in ſanguine ſuo delet & abluit, Ioan. 1.*

Qui nefas ſæcli méruit lauántem

baptizare & aſpergere *aquis fluuij Iordanis, Mat. 3. Luc. 3.*

Tíngere lymphis.

D. Ioã. Baptiſtæ author martyrij vterque miſerè periit. Vide Simeonẽ Metaphraſten in vita dicti ſancti.

valdè *beate* *magni apud Deum meriti eſſentialis & accidentalis:*

O nimis fœlix, meritíque celſi:

nunquam habens *maculam* *candidiſſima ſeu mundiſſime,* *caſtitatis ſeu virginitatis*

Néſciens labem níuei pudôris,

qui pro Chriſto (nempe pro veritate) fortiter occubuiſti *vaſta ſolitudinis,* *habitator: hoc eſt, eremita Luc. 3. factum eſt verbum domini ſuper Ioannẽ filium Zacharia in deſerto.*

Præ'potens martyr, eremíque cultor,

A Chriſto pluſquam propheta dicte, quòd ipſum præſentem euangelizaueras. Mat. 11.

Máxime vatum.

Ornamenta præmij accidentalis *ornant coniugatos caſtè viuentes: ſicut ſertum ex floribus ſuperpoſitum diademati regis, ſeu aurea eſſentiali,*

Serta terdénis álios corónant,

multiplicata vſque ad trigeſimũ fructum, *ſerta aucta bis triginta, id eſt, ſexaginta crementis,* *coronant viduos, quia ſexageſimum fructum habent.*

Aucta creméntis, duplicâta quoſdam:

Serta triplicata ſeu aucta ter triginta. i. nonaginta cremẽtis *quæ denario numero addito, centum faciunt,*

Gene. 26. Iſaac ſeminauit in Geraris & inuenit in ipſo anno cẽtuplũ, Mat. 13. ſemen quod cecidit in terram bonam dedit centeſimum &c.

Trina centéno cumulâta fructu

ô venerabilis, id eſt, Tu verò centeſimum fructum Iohannes *habes, ſeu aureolam virginum.*

Te ſacer ornant.

Itaque *quia apud Deum multum potes vt amicus* *propter merita & tua bona opera* *ditiſſima & copioſa,*

Hinc potens, noſtri, méritis opímis

cordis, id eſt, Aufer à nobis cor lapideum *duritiem & obſtinationem* *eiice*

Péctoris duros lápides repélle,

noſtra mentis aſperitatem leniens, vt facilior tibi in nos pateat via:　　*à iuſtitia declinantes, ſeu per iniuſtitiam detortos.*

A'ſperum planans iter: & reflέxos

ad rectitudinem & iuſtitiæ regulam reduc　　*vias noſtras*

Dírige calles:

miſericors　*creator*　*qui etiam ſuo ſanguine nos redemit. Epheſ. 1. Apoc. 1.*

Vt pius mundi ſator & redémptor,

animis noſtris　*inde eiectu*　*peccatorum ſordibus*　*purgatis.*

Méntibus pulſa luuiône puris,

rectè　*velit*　*per gratiam ſuam deſcendens*　*ſuæ ſacratiſſimæ maieſtatis.*

Ritè dignetur veniens ſacrátos

immittere　*pedes. Id eſt, ad nos venire, & manſionem ſuam in nobis facere, vt promittit, Ioan. 14.*

Pónere greſſus.

Laudatoriis cantibus,　*cœlicolæ*　*extollunt*

Láudibus ciues célebrant ſupérni

Deum ſuum　*O qui vnus & in ſubſtantia*　*trinus autem in perſonis, nempe patris, filij & ſpiritus ſancti:*

Te deus ſimplex, 'pariterque trine:

humiles & flexis genibus　*ſimiliter etiam*　*qui adhuc in terra viuimus*　*peccatorum remiſſionem*　*rogamus*

Súpplices & nos véniam precâmur:

itaque ignoſce　*nobis quos morte tua redemiſti.*

Parce redémptis.

De ſanctis, Petro & Paulo.

Hymnus preſens carminis Iambici ſenarij formam gerit. Author eius eſt Elpis, Seuerini Boëtij viri in latinis doctiſsimi, vxor.

Clara & fulgida — *prædicatione Petri & Pauli* — *ſimul etiam* — *gloria & honore* — *martyrij eorũ, quo rubicundum ſanguinem fuderunt:*

AV'rea luce, & decôre róſeo,

O Chriſte ſplendor gloria Dei patris. Heb. 1 — *illuſtraſti* — *nouiſsima tempora, ſeu vltimam ætatem eccleſiæ militantis.*

Lux lucis omne perfudiſti ſæ'culũ:

ſimul etiam adornans — *cœlum empyreum* — *illuſtri & glorioſa* — *horum duorum aureola martyrij*

Décorans cœlos ínclyto marty'rio

iam olim eodem hoc die conſecrato hu. — *quo die Petrus & Paulus precantur à Deo remiſsionem pro obnoxiis pœna propter peccatum.*

Hac ſacra die, quæ dat reis véniam.

Petrus cui datæ ſunt claues regni cœlorum, Mat. 16. — *Paulus doctor & apoſtolus Gentium: 1. Timo. 2.* — *ſimul etiam*

Iánitor cœli, doctor orbis páriter:

aſſeſſuri Chriſto iudicanti mundum, Mat. 19. & 1. Cor. 6. — *qui eliminatis tenebris errorum, mundũ illuminarunt prædicatione fidei. Math. 5. vos eſtis lux mundi: ibidem, ſic luceat lux veſtra coram hominibus.*

Iúdices ſæcli, vera mundi lumina:

in cruce moriendo — *Petrus* — *Paulus* — *caput ſuũ enſe truncari ſuſtinendo* — *mundum & eius tyrannos vincens*

Per crucem alter, alter enſe triúmphans,

ambo victrici corona donati — *paradiſi ſenatoribus dignioribúſque aſsident in vita beata.*

Vitæ ſenâtum laureáti poſsident.

nunc — *qui Chriſti oues bene paniſti, ſicut tibi, Io. 21. erat data poteſtas.* — *clementer* — *exaudi*

Iam bone paſtor Petre, clæmens áccipe

> Nicephorus lib. 2. cap. 36. refert Petrum & Paulum eodem tépore eodéque die, 37, poſt ſalutiferã Chriſti paſsionem, anno, martyrium ſubiiſſe. Huic ſubſcribit Petrus Cómeſtor: ſed refragatur Abdias Babylonius.
>
> Alter enſe.) Nero audito quòd eius pincerna authore Paulo Chriſtianus eſſet veſania furens Paulum coniecit in carceré. Paulo poſt capite truncauit.

ſancta

peccata quibus tanquam vinculis alligamur, & impedimur ne te agnoſcamus & confiteamur.
ſancta deſyderia *noſtra qui te precamur:*
Vota precántum : & peccáti víncula

miniſterialiter diſſolue ſeu tuis apud Deum precibus *ſ.clauium, nempe ligandi & ſoluendi* *conceſſa tibi viatori à Chriſto, qui ſolus ſoluit authoritatiuè. Mat.16.*
Reſólue, tibi poteſtâte trádita,

poteſtate clauium *omnibus Chriſtianis* *excommunicatione & abſolutione ex ore tuo pendentibus.* *tu viator claudebas vel aperiebas paradiſum*
Qua cunctis cœlum verbo claudis, áperis.

Qua cunctis.) De clauiũ poteſtate vide Mag. lib. 4. diſt.18. & Tomam in Add. q.17.

præco euangelij *præſtantiſſime* *fac tua prece apud Deum & tuis ſcriptis, vt bonis moribus inſtituamur:*
Doctor egrégie Paule, mores ínſtrue:

ſpiritu & animi contemplatione: *in paradiſum* *ſubuehere & attollere ſicut tu fuiſti raptus. 2. Cor. 12.* *enitere*
Et mente polum nos transferre ſátage:

quoad vſque *ſtatus gloriæ perfectus, & cui nil deeſt* *detur nobis* *ſ. quàm in ſtatu viæ,*
Donec perféctum largiâtur plénius,

poſt imperfectam cœleſtium cognitionem deſtructam *quam in mũdo imperfectè habemus, per ſpeculum in ænigmate Deum videntes. 1. Co. 13.*
Euacuâto quod ex parte gérimus.

O duo apoſtoli miſericordes, ſingulares in miſericordia, ſeu ſimiles & æquè faciles ad miſericordiam: vel æqua pietate Deum colentes.
Olíuæ binæ, pietâtis v'nicæ:

in fide Chriſti *poſtquam hîc deuoti & firmi fuerimus,* *in expectatione beatitudinis,* *& poſtquã hic cõſolidati fuerimus valde*
Fide deuótos, ſpe robúſtos máximè,

poſtquam hic repleti fuerimus *charitate qui eſt fons omnium virtutum,* *duplici, nempe in Deum & proximum. In hac duplici charitate tota lex pendet, Mat. 22.*
Fonte replétos charitâtis géminæ,

à Deo nobis obtinete
poſt animæ & corporis diſſolutionem. — quod enim petieritis à patre, dabit vobis — vt viuamus vita beatâ in æternum

Poſt mortem carnis impetrate viuere.

gratulor quòd adſit — tribus perſonis — quæ nec principium habuit, nec finem eſt habitura, — beatitudo

Sit trinitáti ſempitérna glória,

dignitas & maieſtas, — ſumma potentia; — gaudium:

Honor, potéſtas, atque iubilátio:

ex æquo, ſic vt vna perſona non habeat maius imperium alia — quibus perſonis — omnimoda rerum omnium dominatio

In vnitâte cui manet impérium

iam olim ab æterno — nunc — nullo fine vnquam claudenda, — per tempora

Et tunc, & modò per ætérna ſæ'cula.

In aſſumptione beatæ Mariæ.

Hymnus carmine Iambico dimetro. Author eius Fortunatus Epiſcopus Pictauienſis

Illum quem elementum terræ, — elementum aquæ, — elementa aëris & ignis. i. totus mundus ex his elementis conſiſtens, & omnia quæ in eo ſunt

QVem terra, pontus, æ'thera

quatenus ei obediunt. Mat. 8. mare & venti obediunt ei: — quatenus ex ſui conſideratione ad eum cognoſcendum, Rom. 1. prædicant: Sap. 13.
vel illa ex ſui conſyderatione excitant nos ad colendum ſeu honorandum, & ad adorandum ſeu venerandum, & ad prædicandum ſeu palàm annuntiandum.

Colunt, adórant, præ'dicant:

moderantem & ſuo imperio coërcentem — mundum diuiſum in tria, nempe cœleſtia, terreſtria, & inferna.

Trinam regéntem máchinam

portat eum, quem ter, &c.
& quē cœli cœlorum cape-
Maria vterus virginitate clauſus nec *re nequeunt. 2. Para-*
vnquam apertus *lip. 2. B.*
Clauſtrum Máriæ báiulat.

dum noctem dum illuminat *& omnes aliæ creatu-*
eum. ſ. illuminat, diem, *ra eius*
Cui luna, ſol, & ómnia

obœdiunt & ſeruientium officium exhibent, ſuo tempore & quando res
dum faciunt verbum eius *exigit. vt ſol, Ioſue. 10.*
Deſeruiunt per témpora,

virtute ſpiritus ſancti, Luc. 2.
ſpiritus ſanctus ſuperueniet
repletus & delibutus. in te: &c.
Perfûſa cœli grátia

portat. Maria circiter quindecim annorum venter
Geſtant puéllæ víſcera.

propter donum illud excellentiſsimum, quòd
eſt inter omnes benedicta ſ. Dei mater Dei effecta eſt.
Beâta mater múnere,

Quod mater Dei ſacratiſſima virgo Maria dicatur, & ſit, lege Damaſc. lib. 3. orthod. fid. cap. 12.

ventris cœleſtis omnium rerum creator
Cuius ſupérnus ártifex

totam hanc cœlorum ſolo ſuo nutu ſine moleſtia, faciliúſque quàm
circunferentiam homo rem quampiam manu contineat, complectens Eſai. 4.
Mundum pugíllo cóntinens,

in cuius ventre clauſo nouem menſibus incluſus
ſera virginali requieuit.
Ventris ſub arca clauſus eſt.

eſt fœlix & inter o- annuntiatione & ſalutatione, quæ
mnes benedicta cœlitus ei data eſt,
Beâta cœli núntio,

& eſt beata, quòd fœcundata ſpiritus ſancti virtute, ſeu ex ſanctificatione &
fuit & grauida gratia, non autem ex virili ſemine: Luc. 1. ſpiri-
tus ſanctus ſuperueniet &c.
Fœcúnda ſancto ſpíritu:

Chriſtus, ille à populis tot annos ſummo deſyderio expectatus, Aggei. 2. Mouebo
omnes gentes, & veniet deſideratus cunctis gentibus.
Deſyderatus géntibus,

per cuius virginis ventrem *ſine ipſius parientis dolore egreſſus eſt.*
Cuius per aluum fuſus eſt.

poſt filium tuum exiſtens in ſumma gloria & beatitudine, *omnium regina & domina, vtpote mater & ſponſa regis & domini noſtri*
O gloriôſa dómina,

Sacratiſsima virgo Maria ob excellentiā poſſeſsionis regni cæleſtis domina, & regina cæli nuncupāda. Haugeſt. aduerſus Antimarianos.

exaltata *ſupra omnes beatos, qui ſtellis comparantur ob ſplendorem gloriæ.*
Excelſa ſupra ſy´dera:

eum. ſ. *ſumma ſua prouidentia, dum te talem tantiſque virtutum ornamentis adornatam creauit.*
Qui te creâuit próuidè,

enutriſti *diuinitus repleta lacte virginibus naturaliter inſueto.* *mamilla tua*
Lactáſti ſacro v´bere.

Id *. ſ. nobis, ſeu author noſtræ miſeriæ* *toti ſuæ poſteritati ademit;*
Quod AEua triſtis ábſtulit,

mundo reſtituis *vnde omnia habent ſuum eſſe & viuere:* *prole tua*
Tu reddis almo gérmine:

vt per te matrem miſericordiæ intromittantur in cœlum, *peccatores digni ſuper quibus lamenta & fletus fundantur.*
Intrent vt aſtra flébiles,

per te, tuáque apud filium patrocinia, omnibus patet ingreſſus ad cœlum, propterea populi confitebuntur tibi in æternum. Pſal. 44.
Cœli fenéſtra facta es.

Per te rex regum & dominus dominantium in hunc mundum introiuit, Ioan. 1.
Tu regis alti iánua,

Per te immaculatam & reſplendentem nitore omnium virtutum, Chriſtus ſol iuſtitiæ ſeu lux animarum, introiuit in hunc mundum:
Et porta lucis fúlgida:

quòd vita æterna merè gratis à Deo vobis reddita eſt *per partum virginis,*
Vitam datam per vírginem,

O populi *Chriſti ſanguine liberati à morte æterna* *gaudete, & vobiſipſis congratulamini.*
Gentes redémptæ pláudite.

ſumma laus, beatitudo, maieſtas & dominatio, ſit. ſ. id eſt, attribuatur O Chriſte cui à patre data eſt omnis poteſtas, Mat. 28.
Glória tibi dómine,
Maria
Qui natus es de vírgine,
& Deo patri tuo & veſtro ſancto ſpiritui
Cum patre, & ſancto ſpíritu,
vſque ad nullo fine claudenda. tempora
In ſempitérna ſæ'cula.

De ſancto Ludouico.

Hic hymnus formam ſolùm, vtpote ſyllabarum numerum, retinet carminis Iambici dimetri.

Exulta & congratulare ſ. ſpiritualis Chriſtianorum O
GAude mater eccléſia
magna, admiranda, & inaudita virtutis diui Ludouici ex commendatione, celebratione, ſeu commemoratione
Nouæ laudis præcónio:
Eccleſiam ſ. cœleſtis, id eſt, beatitudo
Quam Ludouíci glória
annuo & quotannis ſemel recurrente. afficit ſ. ſpirituali in domino
Solénni replet gáudio.
de temporali regno Francorum hodie ab angelis deducitur: ſeu, tam olim deductus eſt eodem hoc ipſo die anno 1270. Gaggui.
De regno terræ véhitur
ad thronum regium, vbi cum Chriſto & cœlicolis regnat Ludouicus:
Ad regni cœli ſólium:
Ludouici viuendi ratio & modus cognoſcitur eſſe. ſ.
Cuius vita dignóſcitur
regula & exemplar bene per omnia viuendi.
Forma virtûtum ómnium.

is erat fide non ficta; corde puro & syn- aduerſa aquo animo ferebat, expe-
cero, credens in Deum & Chriſtum, ctatione beatitudinis futura,

Fide purus, ſpe pátiens,

Erga Deum & proximum perfecta flagrabat charitate, vnde duplicē ſubiit
expeditionem aduerſus fidei Chriſtiana expugnatores.

Et charitâte féruidus,

Elemoſynam, ſuúmque auxilium nulli denegabat, quotidie 120. pauperes,
in Regia ſua alebat.

Omni peténti lárgiens,

erat religioſus &
Deo deuotus caſtus ſibi ſuiſque nouerat prouidere.

Pius, pudîcus, próuidus.

dolus & deceptio violenta aggreſsio vis & rapina,

Fraus, furor, violéntia,

expelluntur nec exercētur, ſan- à populo ei ſubdito, vtpote rege rem ſuam publicam
ctis & prudentibus viris iudicio optimè adminiſtrante. Frequenter enim pro tribu-
praſectu ſine munere. nali ſedebat vt lite oppreſſos leuaret.

Relegâtur à ſúbditis:

multa mira-
cula reſplendent & palàm fiunt

Signa corúſcant vária

quòd vita ſua ſanctimonia id meruiſſet.

Virtûtum eius méritis.

pro operibus iuſtitia qua viuens operatus eſt,

Pro coróna iuſtitiæ

Nunc gloria adeptus pramium, quia in agone legi-
timè certauit. 2. Tim. 3.

Iam coronâtus glória,

non oblitus calamitatis ſeu tribulationum noſtrarum

Noſtræ memor miſériæ

Sancti pro nobis orát. De illis Aug. in fine pſal. 88. Qui orant pro vobis, vt benedictio domini in æternum ma-

à Deo nobis impetret aterna beatitudinis mercedem.

Cœli procûret præ'mia.

Deus trinus in perſonis, & nihilominus vnus ſimpliciſsima ſubſtantia ſeu natura

Trino deo & ſímplici

laudetur, honoretur, credatúrque omnipotens & glorioſus in ſe.

Laus, honor, virtus, glôria.

Ludouici qui mira & regibus insolita vixit ſanctitate.
Qui nos regis mirífici
faciat nos ſecum regnare per intercesſionem
Corônet per ſuffrágia.

neat ſuper vos. Idem refert in Ioan.tract.84. Concordat D. Cypria. Epiſt. 1.lib.1.

In natiuitate beatæ Mariæ,

Hymnus carminis dactilici, tetrametri.

lumine
O quantum glorioſo & bea-tifico. ſeu ſplendore reſplendes & refulges
O Quàm glorífica luce corúſcas
ex radice & progenie Dauidis Luc.1.
Dabit illi dominus ſedem Dauid patris ſui & regnabit &c. oriunda à regibus Iuda
Stirpis Dauídicę régia proles:
Chriſto proximior, ſeu poſt ipſum ſummè exaltata que in lege euangelica Deo virginitatem prima vouiſti. Luc.1. O
Sublîmis réſidens virgo Mária
excelſior beatiorque omnibus angelis in cœlo empyreo creatis & qui in eodem æthere ſeu cœlo permanſerunt. Salomon matri ſuæ thronum iuxta thronum ſuum precepit collocari.3. Reg.2. D.
Supra cœlígenas æ'theris omnes.
ſalua virginitate, id quod maiori tibi foret gloriæ & honori, .ſ.futura, Eſa.7. Ecce virgo concipiet &c.
Tu cum virgíneo mater honôre,
ad conceipiēdum, ſuſcipiendúmque in eo Chriſtum regem angelorum cordis & corporis tui velut regium palatium
Angelôrum dómino péctoris aulam
in tuo ſancto vtero: expers libidinis longe ante præparaſti per virtutum incrementa
Sacris viſcéribus caſta paráſti:
ex vtero tuo prodiit in lucem deinde filius Dei ſecundum humanitatem ſeu factus homo, M[illegible]as in lege promiſſus Ma[illegible].1. de quo natus eſt Ieſus, qui vocatur Chri[illegible].
Natus hinc Deus eſt corpore Chriſtus,

venerando ſeu cum veneratione — *totus mundus* — *colit ſeruitque vt Deo ſuo: Pſal. 98. Exaltate dominũ deum veſtrum & adorate ſcabellum pedum eius.*
Chriſtum

Quem cunctus vénerans orbis adôrat:

Chriſto — *rectè, vt par eſt.* — *omnia cœleſtia, terreſtria & inferna exhibent reuerentiam, ſubiectionem & obedientiam: Phi. 2. Apoc. 5.*

Cui nunc ritè genu fléctitur omne:

Chriſto — *interueniente ſeu patrocinante, maximè in agonia & mortis anguſtia,*

A quo nos pétimus, te veniénte,

poſtquam tenebroſum hunc mundum exierimus, in quo Deum non videmus — *vt eius viſione illuſtrato intellectu, ſatiatâque voluntate & quieta, plenè gaudeamus. Pſal. 16. Satiabor cum apparuerit gloria tua.*

Abiéctis ténebris gáudia lucis.

Abiectis tenebris, &c. — *dona nobis* — *O Deus pater, principium ſeu fontalis origo lucis increata & create,*

Hoc largîre, pater lúminis omnis,

ex merito tui filij, qui ſua morte nobis hoc meruit, cum ſpiritu [illegible] ſ hoc largire:

Natum per próprium, flámine ſacro.

filius tuus — *empyreo ſeu lucido,* — *vita immortali* — *in cœlo*

Qui tecum nítida viuit in æ'thra,

vt rex dominans — *moderatè regens* — *tempus præteritum, præſens & futurum, ſeu omnes cœlicolas, viatores & inferos.*

Regnans, ac móderans ſæ'cula cuncta.

In dedicatione templi.

V[illegible] ſia [illegible] per [illegible] viſio p[illegible] ternæ [illegible] ad ſci[illegible] ad prox[illegible] in tri[illegible] te v[illegible] a-perta[illegible] & æternæ [illegible] contéplat[illegible].

P[illegible] c[a]rminis Trochaici conſtantis [illegible] idio alternatis.

[illegible] ſeli — *[illegible] omnibus [illegible] undans* — *interpretata* — *Dei qui eſt pax noſtra:* — *contemplatio*

VRbs beâta Hieruſalem, dicta pacis víſio:

ædificantur

ex hominibus viuentibus per gratiam, nõ autem ex mortuis per culpam. 1. Pet. 2 Ipſi tanquam lapides viui ſuper[illegible]amini.

ædificatur muro 12. conſtante fundamentis, Apo. 21. *in cœlo empyreo:*

Quæ conſtitúitur in cœlis viuis ex lapídibus:

tan[illegible] vxor eius qu[illegible] maculam aut rugam non habeat. Eph. 5.

eſt coronata Chriſto ſpõſo.

eſt. ſ. *in nouem ordines diſtributis:* *circundata inſtar coronæ, adornata.*

Et ángelis coronâta: vt ſponſâta comite.

vt impaßibili corpore reſumpto innouetur *in fine mundi ad iudicium ventura: Apoc. 21. A.* *ad nuptias agni ſeu Chriſti ſponſi,*

Noua véniens è cœlo, nuptiáli thálamo

vt effecta ſponſa Chriſti, coniungatur ei charitatis vinculo, & in perpetua corporis gloria (quam antea non habebat) habitet cum eo in æternum

Præparâta, vt ſponſata copulêtur dómino:

Qui ſeruando præcepta latiorem vitam hic duxerunt, quia res etiam [illegible] ſunt præcept[illegible] implentes, ne [illegible] omittere[illegible]s. *qui tan[illegible]uam ſtr[illegible] [illegible] [illegible]uauerunt.*

lucent mera gloria, quæ Aurea d[illegible]citur ob pretioſ[illegible] [illegible] [illegible]

Plateæ & muri eius, ex auro puri[illegible]o,

Apoſtoli per [illegible] doctrinam [illegible] in cœlum *ſp[illegible]ndent plus aliis, [illegible] rita ſ[illegible]end[illegible]or[illegible]* *[illegible]*

Por[illegible] [illegible] [illegible]ús, a[illegible]ytis pa[illegible],

pr[illegible] *[illegible]r. A[illegible]* *[illegible]*

Et virt[illegible]e m[illegible] illuc in[illegible]rodú[illegible]tur

qui p[illegible]

Omnis, qui [illegible] in [illegible]

[illegible]

[illegible]mitur.

perſecutionibus, Act. 14. & 2. Timo. 3. *oppreſſionibus* *purgati, ſecti* *ſ. vivi, id eſt, homines ex quibus ædificatur cœleſtis Hieruſalem.*

Tunſiónibus, preſſúris expolíti lápides,

vt ipſi meruerunt. *in gradibus gloriæ. Ioan. 14. In domo patris mei &c.* *à Deo, qui tanquam architectus ruinas angelorum replet ex hominibus: hæc vna eſt hominis creandi cauſa, altera dei bonitas communicanda. 2. ſent. diſt. 1.* *collocantur*

Suis coaptântur locis per manus artíficis:

ordinantur *ibi ſemper manſuri, Ioan. 16. Gaudiũ veſtrum nemo tollet à vobis.* *in ſtructura cœleſtis Hieruſalem.*

Diſponúntur permanſúri ſacris ædificiis.

vt Iudæi & Gentes velut duo parietes conueniant ſuper hoc fundamentum in quo de vtriſque fit vna eccleſia. *in ſe firmus & firmans eccleſiam* *à Deo patre in mundum, ſicut promittitur Eſa. 28 1. Petri. 2. & Epheſ. 2.*

Angulâre fundaméntũ lapis Chriſtus miſſus eſt:

Chriſtus lapis *iunctura ſpirituali, fide & charitate,* *in duobus parietibus, quos in vnam eccleſiam vniuit: Pſal. 117. lapidem quem reprobauerunt &c.* *coniungitur*

Qui compâge, paríetum in vtrôque nectitur:

Chriſtum *eccleſia militans, quæ deum per fidẽ hîc ſpeculatur & cognoſcit.* *vt. ſ. ipſa ſuperædificaretur ei,* *Chriſto* *ipſa eius fidem corde & ore confitens.*

Quẽ Sion ſancta ſuſcæ'pit, in quo credens

ſtabilis, nunquam ruitura.

pérmanet.

ſuperna Hier[illegible]lem *addicta Dei laudibus* *Deo chara: Epheſ. 5. Viri diligite vxores veſtras, ſicut & Chriſtus dilexit eccleſiam [illegible]*

Omnis illa, Deo ſacra & dilecta ciuitas:

[illegible]ens *harmonica melodia* *ſ. Dei. Apoc. 7* *[illegible] voce [illegible]ultatoria,*

Plena módulis in laude & [illegible]ôre iúbilo,

in [illegible] *in ſubſtantia* *feruenter [illegible] ex animo.* *clarè decãtat*

Trinũ Deũ vnicu[illegible]que cum feruôre præ'dicat.

op[illegible] *exaudiens, ſic [illegible] Salomo [illegible] reg. 8. [illegible] hoc templũ, id eſt, præ[illegible] ſententiam tuam manifeſta:*

Hoc in téplo ſumm[illegible] Deus exoratus, adueni:

quæ homines deſiderant
ex tua miſericordia *impetrare precando* *exaudi*
Et clæménti bonitâte precum vota ſúſcipe:
gratiæ tuæ abundantiam vt inebrietur *immitte precantibus te* *aßiduè*
ab vbertate domus tuæ. Pſal. 45.
Largam benedictiônem hîc infunde iúgiter.
in hoc templo *valde mereantur* *quæ petunt,* *impetrare*
Hîc promereántur omnes petîta acquírere,
impetrata & perpetuò ſeruare, nec *beatis ſpiritibus & animis*
acquiſita, *amittere vnquam* *quorum gaudiũ nemo tol-*
let ab eis. Ioan. 16. *in æternum*
Et adépta poſsidêre: cum ſanctis perénniter
amœnos cœlos in quibus
ſancti lætitia exultant
inenarrabili. 1. Pet. 1.
quoniam fletus & æſtus *& omnes prome-* *traducti ex præ-*
tranſierunt *reantur. ſ.* *ſenti labore* *.ſ. æternam & beatificã.*
Paradîſum introîre, tranſláti in réquiem.
ſit. ſ. *vſqueadeò ſeu ſemper* *maximo & potentiſſimo,*
Glória & honor Deo vſquequò altíſsimo,
ſimul *æquali patri & filio:* *ſpiritui ſancto conſolatori noſtro*
Vnà patri, filióque, ínclyto paracléto:
honor & magni- *.ſ. æqualis cum patre*
paracleto ficentia, *& filio* *tempora.*
Cui laus eſt, & potéſtas per ætérna ſæ'cula.

In peruigilio omnium ſanctorum.

Carminis Iambici ſpeciem præ ſe fert hic hymnus, propter ſyllabarum numerum.

Qui ab æterna morte ſeruaſti omnes omnium ſæculorum ſeu
temporum homines: vnde Mat. 1. angelus, Ioſeph prænũtiat
nomen Ieſus imponendum.
IEſu ſaluâtor ſæ'culi:
nobis quos tuo ſanguine redemiſti: *.ſ. tua, id eſt, opitulare*
Redémptis, ope ſúbueni:
O miſericors *mater Dei filij*
Et pia dei génitrix

Sãctos pro nobis orare D. Aug. teſtatur in fine expoſitionis pſal.88. & D.Hier. to. 2. epiſtola. Itẽ Cypria. lib. 1. Iob. 42. Ito ad ſeruum meum Iob, & offeret &c.

à morte peccati liberationem viti.imque ſpiritualem *à filio tuo poſtula* *nobis qui miſeri ſumus, & miſericordia indigemus.*

Salûtem poſce míſeris.

Omnes angeli in nouem ordines diſtributi, D. Dionyſ. cap. 6. cæleſt. Hierar. angelorum tres ponit ordines, ſingulos in ternos diſtribuens. Zacha. 1. angelus orat pro populo Iudaico.

Cœtus omnes angélici,

antiquorum patrum, *multitudo*

Patriarchârum cúnei,

prophetæ qui hîc bene viuendo meruerunt à Deo exaudiri. 3. reg. 11. deus non aufert regnum Salomoni propter Dauid ſeruum ſuum.

Et prophetârum mérita

in noſtram vtilitatem *precando obtineant* *peccatorum noſtrorum remiſſionem.*

Nobis precéntur véniam.

Ioannes qui Chriſtum baptizauit, *præcurſor Chriſti ad præparandam viam eius in corda fidelium: Luc. 1. Ipſe præcedet eum in ſpiritu & virtute Eliæ.*

Baptíſta, Chriſti præ'uius:

Petrus cui data ſunt à Chriſto claues regni cælorum, ſeu plenitudo poteſtatis eccleſiaſticæ, Mat. 16. Dabo tibi claues regni cælorum.

Et cláuiger æthéreus,

alij quoque apoſtoli ſimul cum illis omnibus ſupradictis.

Cum cæ'teris apóſtolis,

ſuis meritis ac precibus faciant nos liberari à peccatorum noſtrorum vinculis.

Nos ſoluant nexu críminis.

Omnes ſancti martyres Dei, Aug. lib 2. quæſt ſuper Exod. Martyrum orationibus propitiatur deus pro peccatis populi ſui

Chorus ſacrâtus mártyrum,

ſacerdotes & d[illegible] ſeu epiſcopi & confeſſores, qui Chriſtum exemplo & verbo confeſſi ſunt,

Confésſio ſacerdôtum,

& virgines omnes merito [illegible] caſtitatis & ſanctitatis

Et virginâlis cáſtitas

à peccatis ablutionem & veniam ſuis precibus nobis impetrent.

Nos à peccátis ábluant.

eorum omnium qui electi à Deo in vitam æternam, iam fruuntur cœleſti gloria,
Electôrum ſuffrágia,
denique *cœlicolæ tam homines quàm angeli*
Omnéſque ciues cœ'lici
acquieſcant & faueant deſyderiis & precibus noſtris qui ſupplicamus eis,
A'nnuant votis ſúpplicum,
petant à Deo *præmium quod eſt vita, ſ. beata & æterna.*
Et vitæ poſcant præ'mium.
ſit. ſ. id eſt, detur
Laus, honor, virtus, glória,
Laudemus & honoremus patrem, filium, ſpiritum ſanctum: eique vni Deo omnipotentiam & gloriam omnem attribuamus,
Deo patri & filio,
Sancto ſimul paracléto
In hac & in futura vita.
In ſempitérna ſæ'cula.

In natali beatæ Catharinæ.

Hymnus ad formam carminis Trochaïci, ex Alcmanio & Euripidio alternatis, compoſitus.

A morum puritate ſic dictæ: *nos omnes vna voce laudemus* *monumenta virtutum, ſeu inſignes virtutes & præclara facta*
CAtharínæ collaudêmus virtûtũ inſignia:
ſ. ergo eam deuoti, ad eius laudem ei offeramus *eam laudantes & orantes* *talem & ſeruitium*
Cordis ei præſentêmus, & oris obſéquia:
ſ. Catharina ſeu à Deo ad preces eius quæ vanæ eſſe non poſſunt Christo dicente, Io. 14. Si quid petieritis me in meo nomine, hoc faciam. *referamus* *iuſtam & promiſſam* *mercedẽ* *pro laude quam ei concinuerimus.*
Vt ab ipſa reportemus æqua laudis præmia.

Sanctos, & eorum reliquias honorãdos, D. Damaſce. pulchrè docet lib. 4. de fide orthod. cap. 16. Honorem enim qui illis exhibetur, deus ſibi adſcribit impenſum, Mat. 25.

imperatorem ſeu tyrannum Maxi-
munita *præſidio fidei viua* *miani herculei filium*
Fulta fide Catharîna iúdicem Maxentium
Imo Diocletiana perſe *Cognitio euangelij do-* *ſermonem Catha-*
cutione adhuc ſomen- *centu, non timendos qui* *adeò ani-* *rinæ, iuxta Chri-*
to illum arguit impie- *occidunt corpus, Math.* *mat &* *ſti promiſſum,*
tatis. *10.* *confortat* *Luc. 21.*
Non formîdat: lex diuîna ſic firmat elóquium,
vt confutet *ſapientia ſua.* *quinquaginta philoſophos ethnicos*
Quòd confûtat ex doctrína doctóres gentílium.
poſt confutatos *Catharinam ætá à fide ab-*
philoſophos *ſ. verbis:* *Maxentius* *conatur* *tu. 18. annorum* *ducere*
Poſt hæc blandis rex molîtur virginem ſedúcere:
magnis Maxentij
pollicitationibus *flectitur ſeu allicitur* *ſcorpionum ictibus:*
Nec promíſsis emollîtur, nec terrêtur vérbere:
ex quo ad rota gehen-
compedibus ligatur, *aſſeruatur 12. diebus.* *obſcuro.* *nam educitur.*
Compedîtur, cuſtodîtur tetro clauſa cárcere.
ducentorum mi-
litum præfecto:
Ne claritas ad Catharinam *omnibus præterquam* *lumen illud* *puta Cyrenenſi*
incluſam cœlitus demiſſa *Catharinæ occultetur,* *apparet* *cohorti.*
Clauſæ lumen ne claudâtur, illûcet Porphy'rio:
vxori Ma-
xẽtij, fauſti- *ſ. Chriſtianæ, dum eam*
næ nomine *coniungitur* *ſimul profitetur:* *ſocietate*
Qui reginæ fœderâtur fídei collégio:
Porphyrij & *confeſſionem* *ducentorum*
reginæ *fidei.* *militum* *multitudo*
Quorum fidem imitâtur ducentêna cóncio.
Itaque his exci- *Porphyrij, reginæ, &* *quantum ad conſtan-*
tati exemplis *militum ducentorum* *ſimiles* *tiam in fide:*
Huius ergo conciônis concórdes conſtántia:
humanæ affectionis. ſeu malorum
impetum *quæ hîc patimur* *ſimili:* *fortitudine*
Vim mundánæ paſsiônis pari patiéntia
quia qui patitur, vincit *iuſtis & beatis* *in cœlo, quæ nobis patria eſt.*
Superêmus: vt cum bonis lætêmur in pátria.

In aduentu.

Prǽſentis hymni Author D. Ambroſ. carmen verò Iambicum dimetrum, ſaltem ſecundum numerum ſyllabarum.

Creator Ioan. 1 mundus per ipſum factus eſt. ſancte cœleſtium corporum,

COnditor alme ſyderum,

Qui æternus exiſtens, per doctrinam euangelicam fidémque illuminas Chriſtianos, qui in te credunt, & ſecundum fidem opera exercent

AEtérna lux credéntium,

Qui tuo ſanguine redemiſti, ſufficienter quidem omnes homines, efficienter autem ſeu cum effectu & fructu, ſolos electos, Gal. 3. Chriſtus nos redemit de maledicto legis.

Deus filiſ factus homo

Chriſte redémptor ómnium,

fidelium tibi humiliter ſupplicantium & in nomine tuo. Ioan. 14. Si quid petieritis me in nomine meo, hoc faciam.

Exáudi preces ſúpplicum.

Qui piè miſertus, non quidem per veritatem doloris, ſed per effectum ſubuentionis, *gemina morte, nempe culpæ & gehennæ.*

Qui cóndolens, intéritu

iri perditum ſeu damnari: quod ſumus omnes natura filij iræ Eph. 2. *omnis temporis homines*

Mortis, perire ſǽculum:

ſeruaſti & liberaſti à morte culpæ & gehennæ *genus humanum* *moribundum & interitui iam vicinum, lethali peccati infectione. Eſa. Omne caput languidum, & omne cor mœrens.*

Saluáſti mundum lánguidum,

omnibus de peccato arguendis iure *mortis tuæ meritum, & in eius virtute gratiam. Sent. lib. 3. diſt. 19.*

Donans reis remédium.

inſtante & ad nos divertente *vltima ætate. 1. Ioan. 2. ſcimus quia nouiſſima hora eſt.*

Vergénte mundi véſpere,

Veſpere.) Mane mundi, fuit ab Adã vſque ad Noe: hora verò tertia, vſque ad Abraham: ſexta, vſq; ad Moſem: Nona vſque ad Chriſti natiuitatem: vndecima vſque ſæculi finem. Gre. homil. 19.

vir vxorem ducturus
ſicut *egreditur ornatus* *è ſuo cubiculo nuptiali*
(Vti ſponſus de thálamo)

qui prodiſti omnium
chariſmatum donis
refertus *illibatiſſimo, ſeu ſaluo virginali ſignaculo*
Egréſſus honeſtiſsima

ſemper. *Maria* *ab vtero remanente clauſo*
Vírginis matris cláuſula.

omnipotentia tua, ô Chriſte
Cuius forti poténtiæ

humiliantur per genuflexionem, hoc
eſt, ſubiiciuntur. Philip. 2. & apoc. 5. *ſ. creata*
Genu flectuntur ómnia:

nempe creaturæ cæleſtes, vt
ſol, Ioſue. 10. & Luc. 23. *& terreſtres imò & terra ipſa in illius*
crucifixione. Mat. 27.
Cœleſtia, terréſtria

parendo agno-
ſcunt *nutui ſeu vo-*
luntati tuæ. *ſe eſſe ſubiectas*
Faténtur nutu ſúbdita.

O Chriſte ſancte
Te deprecâmur hágie,

ad iudicandum omnes qui fuerunt, ſunt &
erunt. Petrus, Act. 10. ait. Præcepit nobis
prædicare & teſtificari populo, quia ipſe eſt
conſtitutus iudex viuorum, & mortuorum.
Fidei articulus Philippo apoſtolo aſcri-
qui iterum es venturus *ptus.*
Ventûre iudex ſæ'culi,

ſerua & cuſtodi, *opportunè, ſeu in hac mortali vita*
Conſerua nos in témpore

apoſtatæ à Deo, falla-
diaboli perpetui *ab inſidioſa & improuiſa* *ciſque & mendacis.*
inimici *tẽtatione, velut à ſagitta* *& patris mẽdacij, Io. 8.*
Hoſtis à telo pérfidi.

vocalis & *exhibitio re-* *omnis virtutis* *ſumma maieſtas &*
mentalis, *uerentiæ,* *perfectio,* *magnificentia:*
Laus, honor, virtus, glória:

ſit. ſ.

ſit.ſ.Id eſt, In æternum laudetur, honoretúrque, & omnipotens dicatur, glorificetúrque ſancta & induidua trinitas, quæ eſt vnus Deus in tribus perſonis: ſeu, Congratulemur quòd hæc aſſiduè ei fiant ab eccleſia triumphante & militante.

Deo patri & fílio,

ſpiritui & conſolatori dulciſsimo

Sancto ſimul paraclèto

In ſempitérna ſæ'cula.

In natali ſancti Nicolai.

Hymnus carmine ſaphico, & adonio. ferè in celebritate cuiuſuis confeſſoris, (quem, Damaſc. lib. 4. fidei orthodoxę, appellat exercitatorem) decantari ſolet.

Hic ſanctus, qui exemplo & verbo Christum confeſſus eſt dominum: totus deo conſecratus & deuotus,

Iſte confeſſor dómini ſacrâtus,

dies feſtos populus Chriſtianus ſancti confeſſoris agit conueniens in templum ad orationem per totũ mũdũ, ſeu eccleſiã toto orbe diffuſam:

Feſta plebs cuius célebrat per orbem:

iam olim hoc ipſo die cum gaudio ex Dei miſericordia ſuóque conſenſu, dignus fuit paradiſum à nobis ſemotum.

Hoc die lætus méruit ſecrêta

conſcendere

Scándere cœli.

fuit dum hic viueret religioſus, in rebus agendis, non elatus, nec ambitioſus, mente

Qui pius, prudens, húmilis, pudîcus,

gula non indulgens. corpore, tranquillus & nulli iniurius:

Sóbrius, caſtus fuit, & quiêtus:

Eximiis iis virtutibus, D. Paul 1. Tim. 3. & Tit. 2. requirit eſſe imbutum.

quandiu vita animalis qua viuimus viuificauit ſancti confeſſoris.

Vita dum præſens vegetâuit eius

membra

Córporis artus.

ex eius præſentia
conſecratum & *quoties ſaluti animæ*
Apud venerabile *ſepulchrum* *expedit*
Ad ſacrum cuius túmulum frequénter
etiam ad hæc *in priſtinam*
hominum ægrotantium *vſque tẽpora* *ſanitatem.*
Membra languéntum modo ſanitáti
ægritudine, quæcunque ſit illa. i. *.ſ. membra illa*
cuiuſcéque generis ſit ille morbus *languentum* *affecta ſeu oppreſſa*
(Quólibet morbo fúerint grauâta)
reparantur
Reſtituúntur.

Itaque propter vitam piam & miracula ſubſecuta, *multitudo eorum qui hîc adſumus* *ad honorem*
Vnde nunc noſter chorus in honôre
ſancti confeſſoris *hoc canticum* *ex animo:*
Ipsîus, hymnum canit hunc libénter:
operibus, quibus viuens
meruit à Deo exaudiri
ſanctis. *pro aliis* *adiuuemur*
Vt piis eius méritis iuuêmur
toto tempore vitæ noſtræ
Omne per æuum.

Credamus illum noſtræ ſalutis eſſe authorem, *ſit ſ. illi: id eſt, illum honoremus,* *ſit ſ. illi: id eſt, illum credamus omnipotentem:*
Sit ſalus illi, decus, atque virtus:
in ſupremo cœlorum vertice,
ſuper omnes glorioſus, *ſedens*
Qui ſupra cœli réſidens cacûmen,
totum mundum ab ipſo conditum *regit & ſuſtentat*
Totîus mundi máchinam gubérnat
in tribus perſonis exiſtens vnicus Deus, ſeu vna natura diuina.
Trinus & vnus.

In conceptione beatæ Mariæ.

Hymnus carmine Hexametro,& Pentametro.

ante partum, in partu, & post partum: *Dei filij mater Damaſc. li. 2. Ortho. fid. cap. 12.* *ſ. Deus infinita ſubſtantia*
non poteſt conclude-re, ſic vt non ſit ex-tra. 1. Paral. 2. B. *cœlorum circumferentiam,*

VIrgo Dei génitrix: quem totus non capit orbis,

ſeſe abbreuiando concluſit. Luc. 1. *in tuum vterum.* *per humanitatem ibi aſſumptam*

In tua ſe clauſit víſcera, factus homo.

credulitas *qua habetur de filio Dei quòd ex te genitus ſit & quòd verè ſit deus & homo* *abluit in baptiſmo & pœnitentia vt cauſa diſpoſitiua* *omnia peccata* *mundanorũ hominum:*

Vera fides géniti purgâuit crímina mundi:

carnis integritas *perpetua.*

Et tibi virgínitas inuiolâta manet.

ſ. Orbis clamitat i. prædicat *miſericordia,* *abs te:* *ſæpius clamando poſcit* *totus mundus*

Te matrem pietâtis, opem te clámitat orbis:

Tu domina, nos famuli. *itaque ô Maria omnium mulierum beatiſsima*

Subuénias fámulis ô benedîcta tuis.

Pius ſecundus, Pont. Max. Partus & integritas, diſcordes tẽpore lõgo, Virginis in gremio, fœdera pacis, habẽt.

maieſtas, honor, & veneratio *quàm fieri poteſt maxima* *ſ. ſit aut detur,* *per omnia æqualis:* *O Deus fili*

Glória magna patri, compar tibi glória nate:

Dum gloriam magnam damus Deo patri, & parem gloriam eius filio: id intelligimus, non excludendo vtriuſque ſpiritum ſanctum: nempe cui pariter debetur gloria par, ſeu æqualis per omnia.

Cum ſancto ſpíritu glória magna patri.

In natali Chriſti.

Hymnus Iambicus dimeter, authore Sedulio ſcoto.

Ab oriente, vnde ſol quotidie oritur, & quaſi voluitur, ſicut oſtium in cardine

A Solis ortus cardine

vſque ad occidentem terminum terræ, id eſt, non in vno ſolum loco. Malac. 1. Ab oriente enim ſolis, vſque ad occaſum, magnum eſt nomen meum.

Ad vſque terræ límitem,

deum filium hominem factum. — *laudemus quia à ſolis ortu vſque ad occaſum laudabile nomen domini Pſalm. 112. Idem. Pſalm. 71.* — *regem regum. Apoc. 1. primogenitus mortuorum, & princeps regum terræ.*

Chriſtum canâmus príncipem

editum ex Maria, Mat. 1. De qua natus eſt Ieſus qui vocatur Chriſtus — *quæ etiam poſt partum virgo permanſit, cuius Ezech. 44. porta ſemper clauſa per quam vir non tranſiet, figura eſt.*

Natum Mária vírgine.

omnia bona à ſe habens, — *deus filius creator hominum in hoc ſæculo degentium,*

Beâtus author ſæ'culi,

hominis, ſerui ſui formam. Philip. 2. vt participaret carni & cum filiis ſanguinis. Heb. 2. — *ad diuinitatem ſuam vtlaudan aſſumpſit,*

Seruîle corpus índuit:

corporis ſui paßione — *hominum genus ſeruans ab æterna morte. eo qui habebat mortis imperiū deſtructo. Heb. 2.*

Vt carne carnem líberans,

non haberet à regno ſuo cæleſti alienos, — *homines quos ad ipſius regni ſui conſortium & participationem creauerat. 2. ſent. diſt. 1.*

Ne pérderet quos cóndidit.

Mariæ, quæ ſic virgo permanens concepit filium dei, viuique dei vera mater effecta eſt. — *in vterum.*

Caſtæ paréntis víſcera

illabitur ad formandum corpus filij dei — *virtus ſpiritus ſancti. Luc. 1. virtus altißimi obumbrabit tibi*

Cœléſtis intrat grátia:

vterus, — *Maria circiter annorum quindecim* — *geſtat*

Venter puéllæ báiulat

Deum hominem factum, cuius rei myſterium ipſa comprehendere non poterat. Eſa. 53. Generationem eius quis enarrabit?

Secrêta, quæ non nóuerat.

vterus Mariæ virginis

Domus pudíci péctoris

receptaculum dei: ſed alio modo, quam cuiuſque animæ, — *in temporis momento,*

Templum repénte fit Dei:

virgo à viro non tacta, ſeu viro incognita. Luc. 1. Quomodo fiet iſtud quoniam virum &c.

Intácta néſciens virum,

ad verbum Gabrielis, ſeu dum ipſa conſentiendo dixit, Ecce ancilla domini &c. — *in vterum admiſit* — *deum filium, qui tunc primum in ea homo factus eſt.*

Verbo concêpit filium.

Verbo.) Ruperto referénte in procemio in Cant. ſedente illo, quaſi per viſum noctis, tenuis auræ ſibilo, in aurem vtranque ſequens diſtichon tranſcurrit. Fœmina, mente, deum concepit, corpore, Chriſtũ integra fudit eum, nil operante viro.

peperit, — *Maria recenti partu mater*

Eníxa eſt puérpera,

eum quem — *archangelus, Luc. 2.*

Quem Gábriel prædíxerat:

illum quem, — *ſua Eliſabeth* — *in vtero exultans & præ gaudio exiliens*

Quem matris aluo géſtiens

adhuc concluſus — *Baptiſta* — *cognouerat. Luc. 1. Ecce enim vt facta eſt vox ſalutationis tuæ. &c.*

Clauſus Ioánnes ſenſerat.

is quem enixa eſt puerpera, &c. non eſt dedignatus,

ſuper fœnum decumbere

fœno iacêre pértulit

ſtabulum bouis, & aſini: Abacuch. 33. *non refugit. Eſai. 1. Bos cognouit poſſeſſorem ſuum, &c.*

Præſepe non abhórruit:

virginis Mariæ matris

modico *tuæ* *enutritus eſt*

Paruóq; lacte paſtus eſt,

& is per quem, nec ales eſurit. Id eſt, cuius prouidentia fit, vt nec auis quidem fame conficiatur. Pſal. 103. Omnia à te expectant, vt des illis eſcam in tempore.

Per quem nec ales éſurit.

ſ. quòd eorum ruina natus ſit inſtaurator, *multitudo angelorum,*

Gaudet chorus cœléſtium:

in dei honorem, angeli cantant, Gloria in altiſſimis deo, Luc. 2.

Et ángeli canunt deo:

fit manifeſtus, ſeu oſtenditur, *nocturnis vigiliis gregem ſuum ſeruantibus, Luc. 2.*

Palámque fit, paſtóribus,

Chriſtus ouium ſpiritualium paſtor, veniens in mundum ad diſperſas congregandum *& qui creauerat cœlum, & terram, & omnia quæ in eis ſunt.*

Chriſtus, Ioã. 11. bonũ ſe paſtorem aſſerit, vt pote qui animam ſuam poſuit, pro ſuis ouibus.

Paſtor creâtor ómnium.

ſup. ſit & detur *ò Chriſte, noſter omnium domine,*

Glória tibi dómine,

Maria,

Qui natus es de vírgine,

gloria, inquam, hæc tibi ſit,

Cum patre, & ſancto ſpíritu,

In ſempitérna ſæ'cula.

FINIS.

Antiphonæ, quæ quotidie post missam a' Pueris Nauarranis decantantur.

In aduentu domini.

O Virgo vírginum. R. Quómodo ſiet iſtud, quia nec primã ſimilem viſa es, nec habêre ſequéntem? Fíliæ Hierúſalem, quid me admirámini? diuînum eſt myſterium hoc, quod cérnitis. Oremus.

DEus qui de beátæ Mariæ virginis vtero verbum tuum angelo nuntiánte carnem ſuſcipere voluiſti: præſta ſupplícibus tuis: vt qui verè eam Dei genitrícem crédimus, eius apud te interceſsionibus adiuuêmur.

DEus qui beâtum Sebaſtiânum mártyrem tuum, virtûte conſtántiæ in paſsiône roboráſti: ex eius nobis imitatiône tríbue, pro tui amôre próſpera mundi deſpícere, & nulla eius aduérſa formidâre.

QVǽſumus omnipotens Deus, vt fámulus tuus rex noſter H. qui tua miſeratiône ſuſcêpit regni gubernácula, virtûtum étiam ómnium percipiat incremênta: quibus decénter ornâtus, & vitiôrum monſtra deuitâre, & hoſtes ſuperâre, & ecclésiæ tuæ pacem obtinêre: & ad te, qui via, véritas, & vita es, gratiôſus váleat peruenire.

DEus à quo ſancta deſydéria, recta conſilia, & iuſta ſunt ópera: da ſeruis tuis illam, quam mundus dare non poteſt, pacem: vt & corda noſtra mandátis tuis dédita & hóſtium ſubláta formídine, témpora ſint tua protectióne tranquilla, Per Chriſtum dóminum noſtrum. R. Amen.

In natiuitate domini, & per proximos octo dies.

O Beâta infántia. R. Per quam noſtri géneris reparâta eſt vita. O gratíſsimi delectabiléſque vagítus, per quos ætérnos plorátus euáſimus. O fœlíces panni, quibus peccatôrum ſordes extérſæ ſunt. O præſépe ſplendidum, in quo non ſolùm iácuit fœnum animálium, ſed cibus inuéntus eſt angelôrum. Alléluia.

A natiuitate domini vſque ad purificationem.

INuiolâta. R. I'ntegra, & caſta es María:
Quæ es effécta fúlgida cœli porta:
O Mater alma Chriſti, charíſsima:
Sûſcipe pia laudum præcónia.
Noſtra vt pura péctora ſint, & córpora:
Te nunc flágitant deuôta corda, & ora.
Tu da per precâta dulcíſona,
Nobis concedas véniam per ſǽcula.
O benígna, O benígna, O benígna:
Quæ ſola inuiolâta permanſiſti. Orêmus.

DEus qui ſalûtis ætérnæ (beátæ Máriæ virginitâte fœcúnda) humáno génerì prǽmia præſtitiſti, tribue

quæſumus: vt ipſam pro nobis intercédere ſentiâmus, per quam merúimus authôrem vitæ ſuſcípere, dóminum noſtrum Ieſum Chriſtum.

A purificatione vſque ad Paſcha, Et à trinitate vſque ad aduentum, diebus dominicis,

ALma. R. Redemptôris mater: quæ péruia cæli
Porta manens, & ſtella maris, ſuccúrre cadénti
(Súrgere qui curat) pópulo: tu, quæ genuíſti
Natúra mirânte, tuum ſanctum genitôrem:
Virgo priùs ac poſteriùs: Gabriêlis ab ore,
Sumens illud Aue, peccatôrum miſerêre.

Diebus Lunæ.

AVe. R. Regina cœlôrum, aue dómina angelôrum: Salue radix ſancta, ex qua mundo lux eſt orta: Vale valde decôra, & pro nobis ſemper Chriſtum exóra.

Diebus Martis.

BEáta Dei génitrix María. R. Virgo perpétua templum dómini, ſacrárium ſpíritus ſancti: tu ſola ſine exémplo placuíſti fœmina Ieſu Chriſto. Ora pro pópulo, intéruem pro clero: intercêde pro deuóto fœmíneo ſexu.

Diebus Mercurij.

VIdi ſpeciôſam. R. Sicut colúmbam aſcendéntem déſuper riuos aquârum: cuius inæſtimábilis odor erat nimis in veſtiméntis eius: & circúndabant eam flores roſârum, & lília conuállium.

Diebus Iouis.

TOta pulchra es. R. Amîca mea, & mácula non eſt in te. Fauus diſtillans lábia tua:mel, & lac ſub lingua tua,odor vnguentôrum tuôrum ſuper ómnia arómata. Iam enim hyems tránſiit,imber ábiit, & recéſsit:flores apparuerunt,víneæ floréntes odôrem dedérunt: & vox túrturis audita eſt in terra noſtra. Surge,própera ámica mea, veni de Líbano,veni,coronáberis.

Diebus Veneris.

ANima mea. R. Liquefácta eſt, vt diléctus, locûtus eſt:quæſiui,& non inuéni illum: vocáui,& non reſpóndit mihi.Inuenérũt me cuſtódes ciuitâtis: percuſſerũt, me,& vulnerauérunt me:tulérunt pálium meum cuſtódes murôrum. Filiæ Hierúſalem, annuntiâte diléćto, quia amôre lángueo. Sabbathis mane.

REcordâre. R. Virgo mater in conſpéctu Dei:vt loquâris pro nobis bonum, vt auertat indignatiônem ſuam. Ab hac famílıa,te propítia. R. Aue María plena grátia. Mater exímia,pelle vítia. R. Dóminus tecum, virgo ſerêna. Fer remédia reis,in via. R. Aue María plena grátia. Dans in pátria vitæ gáudia. R. Dóminus tecum, virgo ſerêna. Pro quibus dúlcia tu præcónia. R. Aue María plena grátia. Laudes cum grátia ſúſcipe pia. R. Virgo María á nobis.

Sabbathis poſt veſperas.

SAlue. R. Regina miſericórdiæ, vita, dulcêdo & ſpes noſtra ſalue. Ad te clamâmus éxules filij Æuæ. Ad te

ſuſpirâmus geméntes & flentes in hac lachrymârum valle. Eia ergo aduocâta noſtra, illos tuos miſericórdes óculos ad nos conuérte. Et Ieſum benedictum fructum ventris tui. nobis poſt hoc exílium oſténde. O clæmens, O pia, O dulcis María. *Orêmus.*

COncêde, nos fámulos tuos (quæſumus dómine Deus) perpétua mentis & córporis ſanitáte gaudêre: & glorióſa beátæ Máriæ ſemper vírginis interceſſióne à præſenti liberári triſtítia, & ætérna pérfrui lætítia.

A reſurrectione domini vſque ad trinitatem.

REgína cæli. R. Lætâre: alleluia,
Quia quem meruíſti portâre, alleluia,
Reſurréxit, ſicut dixit, alleluia.
Ora pro nobis Deum, alleluia. *Orêmus.*

GRâtiam tuam (quæſumus dómine) méntibus noſtris infúnde: vt qui ángelo nuntiánte Chriſti filij tuî incarnatiônem cognóuimus, per paſſiônem eius & crucem, ad reſurrectiônis glóriam perducâmur.

Ab aſſumptione beatæ Mariæ per octo dies.

BEâta es. R. Virgo María Dei génitrix, quæ credidíſti dómino: perfécta ſunt in te, quæ dicta ſunt tibi. Ecce exaltâta es ſuper choros angelôrum: Intercêde pro nobis ad dóminum Deum noſtrum. Aue María grátia plena dóminus tecum. R. Intercêde pro nobis ad dóminum Deum noſtrum.

Orêmus.

VEneránda nobis dómine huius diéi feſtíuitas opem cónferat ſalutârem, in qua ſancta Dei génitrix mortem ſubiit temporâlem: nec tamen mortis néxibus déprimi pótuit, quæ filium tuum dóminum noſtrum Ieſum Chriſtum, de ſe génuit incarnâtum.

A natiuitate beatæ Mariæ per octo dies.

O Gloriôſa. R. Dei génitrix virgo ſemper María: quæ dóminum ómnium meruíſti portâre, & regem angelôrum ſola virgo lactâre: noſtri (quæſumus) pia memorâre, & pro nobis Chriſtum deprecâre: vt tuis fulti patrocíniis ad cœléſtia regna mereâmur peruenîre. Orêmus.

SVpplicatiónem ſeruôrum tuôrum Deus miſerâtor exáudi: vt qui in natiuitâte Dei genitrícis & vírginis congregâmur, eius intercesſiónibus à te de inſtántibus perículis eruâmur.

Pro infirmis.

OMnípotens ſempitérne Deus, ſalus ætérna credéntium: exáudi nos pro fámulis tuis, pro quibus miſericórdiæ tuæ implorâmus auxílium: vt eis réddita ſanitâte, tibi gratiârum in eccléſia tua réferant actiônem.

Gratiæ matutinæ.

AGimus tibi grátias omnípotens Deus, pro vniuérſis beneficiis tuis: qui viuis, & regnas Deus, per ómnia ſǽcula ſæculôrum. R. Amen.

Benedicâmus dómino. R. Deo grátias.

DE profúndis clamáui ad te dómine: dómine exáudi vocem meam.

R. Fiant aures tuæ intendéntes, in vocem deprecatiônis meæ.

Si iniquitátes obſeruáueris dómine: dómine quis ſuſtinê-bit?

R. Quia apud te propitiátio eſt: & propter legem tuam ſu-ſtínui te dómine.

Suſtínuit ánima mea in verbo eius: ſperâuit ánima mea in dómino.

Quia apud dóminum miſericórdia, & copiôſa apud eum redémptio.

R. Et ipſe rédimet Iſraël, ex ómnibus iniquitábus eius.

Réquiem ætérnam dona eis dómine.

R. Et lux perpétua lúceat eis.

Kyrie eléiſon. R. Chriſte eléiſon. Kyrie eléîſon.

Pater noſter. Et ne nos indúcas in tentatiônem. R. Sed líbera nos à malo.

Orêmus.

INclína dómine aurem tuam ad preces noſtras, quibus miſericórdiam tuam ſúpplices deprecâmur: vt ánimam fámulæ tuæ regínæ huius noſtri collégij fundatrîcis, & ánimam viri eius Philíppi, & ánimas ómnium benefactôrum noſtrôrum, quas de hoc ſæculo migrâre iuſsíſti, in pacis ac lucis regiône conſtítuas, & ſanctôrum tuôrum iúbeas eſſe conſórtes.

FIdélium Deus ómnium cónditor & redémptor, animâbus famulôrum famularúmque tuarum remiſsiônem cunctôrum tribue peccatôrum: vt indulgéntiam, quã

ſemper optauérunt, piis ſupplicatiónibus cõſequántur. Qui viuis, & regnas Deus per ómnia ſǽcula ſæculorum. R. Amen. Requieſcant in in pace. R. Amen. *Orêmus.*

Q*Uǽſumus omnípotens Deus, vt fámulus tuus rex noſter H. qui tua miſeratiõne ſuſcêpit regni gubernácula, virtûtum étiam ómnium percípiat increméta: quibus decénter ornâtus, & vitiôrum monſtra deuitâre, & hoſtes ſuperâre, & eccléſiæ tuæ pacem obtinêre: & ad te qui via, véritas, & vita es, gratiôſus váleat peruenîre. Qui viuis & regnas Deus, per ómnia ſǽcula ſæculorum. R. Amen. Et beâta víſcera Máriæ vírginis, quæ portauérunt ætérni patris filium. R. Amen.*

Gratiæ ſerotinæ.

A*Gimus tibi grátias omnípotens Deus, pro vniuérſis benefíciis tuis: qui viuis, & regnas Deus, per ómnia ſǽcula ſæculôrum. R. Amen.*

Benedicâmus dómino. R. Deo grátias.

Kýrie eleiſon. R. Chriſte eléiſon. Kýrie eléiſon. Pater noſter. Et ne nos indúcas in tentatiônem. R. Sed líbera nos à malo. *Orêmus.*

A*Nima fámulæ tuæ regínæ huius noſtri collégij fundatrîcis, & ánima viri eius Philíppi, & ánimæ paréntum, benefactôrum, & ómnium fidélium defunctôrum, per miſericórdiam Dei ſine fine requiéſcant in pace. R. Amen.* *Orêmus.*

D*Eus qui beâtum Sebaſtiânum mártyrem tuum virtûte conſtántiæ in paſſiône roboráſti, ex eius nobis*

imitatiône tríbue pro tui amôre próſpera mundi deſpícere, & nulla eius aduérſa formidâre. Quǽſumus omnipotens Deus, ut fámulus tuus, &c. Qui viuis & regnas Deus, per omnia ſǽcula ſæculôrum. R. Amen. Et beâta víſcera Máriæ vírginis, quæ portauérunt ætérni patris filium. R. Amen.

TVA eſt. R. Poténtia, tuum regnum dómine: tu es ſuper omnes gentes: da pacem dómine, in diêbus noſtris.

Creâtor. R. Omnium Deus, terríbilis & fortis, iuſtus & miſéricors: da pacem dómine in diêbus noſtris.

Glória. R. Patri, & filio, & ſpirítui ſancto.

Da pacem dómine in diêbus noſtris.

Fiat pax in virtûte tua. R. Et abundántia in túrribus tuis

Orêmus,

DEus author pacis, & amâtor: quem noſſe víuere, cui ſeruíre regnâre eſt: prótege ab ómnibus impugnatiónibus ſúpplices tuos, vt qui in defenſiône tua confidímus, nullíus hoſtilitâtis arma timeâmus. Per Chriſtum dóminum noſtrum. R. Amen.

FINIS.

Z
1186. 14

99 963081

MC